DE VITA ET REBVS GESTIS MARTINI LVTHERI, ET ALIOrum Speudoapoſtolorum hæreſeos noſtri temporis &c. traductis ex ſermone Gallico in Latinum.

Authore Iacobo Laingæo Scoto Doctore Sorbonico

BIBLIOTECA NAZ. VE ROMA

VITTORIO EMANUELE BIBLIOTECA IN ROMA

PARISIIS.

Apud Michalem de Roigny via Iacobea ſub ſigno quatuor Elementorum.

1581.

BIBL. DOM. PROF. ROM. IHS

ILLVTRISSIMÆ SERENISSIMÆQVE DOMINÆ SVÆ MARIÆ Scotiæ Reginæ, & Iacobo ſexto eius filio omni virtutis genere abunde ornato, principibus potentiſſimis, fidei catholicæ apoſtolicæ atque romanæ propugnatoribus acerrimis & albionis imperij hæredibus legitimis Iacobus Laingæus Scotus doctor theologus Sorbonicus, S.

COGITANTI *mihi ſæpenumero & rerum geſtarum noſtrorum maiorum memoria repetenti, perbeati fuiſſe, illuſtriſſima regina, illi videri poſſunt, quibus tẽpore, quo fides catholica, apoſtolica atque romana adhuc integra, illiſa, minimeque conuulſa floruit, quam te adhuc eandem profitente, nunquam Scotos fidem catholicam amiſiſſe fatebor, in Scotia viuere impune contigerat. Anno domini ducenteſimo decimo ſexto, ſi rite audita recordor, Scoti fidem catholicam, apoſtolicam atque romanam Donaldo primo regnante ſunt profeſſi, quam perpetuo vſque ad mortẽ Iacobi quinti Regis Scotorum tui patris conſtanter, quod illi magnæ laudi eſt tribuendum, Anglia ſæpius errante, retinuerunt. Sic res ſe habet: Donaldus primus, vigeſimus ſeptimus Scotorum rex, vir fortitudine, prudentia, atque pietate inſignis miro chriſti incenſus amore, quem verum dei patris filium, & in hunc mundum pro peccatoribus redimendis miſſum, atque ab impiis iudæis acerbiſſimam mortẽ*

paſſum eſſe audierat, continuo miſſis oratoribus romã ad Victorem ſummum pontificem a diuo Petro decimum quintum multum orans obſecranſque obtinuit, vt viri in artiũ ſtudiis liberaliſsimis ſacraq; theologia optime verſati, gloria clariſsimi, authoritate grauiſsimi, ab omni ſuperbia atque faſtu, a quibus, qui eccleſiæ dei præſunt, debent eſſe alieniſsimi, in Scotiam mitterentur, qui regem reginamque, & cæteros principes in fide catholica inſtituerent, deinde ab omni labe peccati ſacra baptiſmatis vnda abluerent. Sic Scotia ſine ſanguine martirum, quod fere nulli nationi contigerat, fidem recepit. Quibus tum demum omnibus ordine rite peractis Donaldus & cæteri reges, qui eum ſecuti ſunt, inſtabant ardentes honori dei, rebuſque diuinis, eccleſias ſedulo edificãtes, monaſteria magnificentiſsima, ac opulentiſsima, in quibus ſancti & religioſi viri nocte dieque pro viuis & mortuis, & potiſsimum pro regibus & regni principibus preces funderent, erexerunt, quæ nũc impij hæretici ſiue athei ſacrilegi, deum nullo honore dignantes, viuos ac mortuos precibus priuantes, ſpoliarunt, & ſpoliata in caſtella, ſiue propugnacula belli mutarunt, eorumque agros ſiue cenſus ſibi pro hæreditate vendicarunt, & vt vno verbo dicam, omnia ex quibus quam iniquiſsime aliquid corradant, aut ſua commoda comparent, ea Idolis atque ſuperſtitione referta & plena eſſe contendunt. Iſti mendaces hæretici nihil non fingunt, & ſimulant, vnde ſpes reginæ pecuniæ enaſcatur, vnde inexplebilis cupiditas permanet. Nunquam ſibi conſtant. aliud ſtantes, aliud ſedentes cogitant, id que ob ſpem

diuitiarũ, quę ſiue iure, ſiue iniuria acquirãtur, minime curant, adeo inflãmãtur atq; ſingulis momẽtis mutãtur, vt non cognoſcas eoſdem eſſe. Omnes iſti ſcelerati ſacrilegi Scoti qui ſpoliis eccleſiarum, & monaſteriorum ſe mox ditiſsimos fore putabant, nihil pręter aurum Tholoſanum inuenerunt. Certe, vt fertur in ſcipionis exercitu vnum quemque qui in oppidi Tholoſani templis aurum deripuerat, miſerrime interiiſſe, ſic Scotorum, qui vel eccleſias euerterunt, vel monaſteria ſpoliarunt, nemo eſt qui non continuo aut ad ſummam inopiam rerum redactus fuerit, aut miſerrime perierit, aut vt vindicta diuina magis appareret, ſtatim inſanierit, aut ſi adhuc viuit, ita miſere viuit, vt mors ſit eius vitæ longe ante ferenda. Nam ſi cacodæmones contra ſuorum templorum violatores, aut ſpoliatores adeo inflammati fuerunt, vt eorum alios aut ferro, aut fulmine ſtatim necarint nonnullos ſæuientibus vndis obruerint, non paucos repentinis tempeſtatibus oppreſſerint, cæteros hiante terra ad inferos demiſerint. Certe nemini debet videri mirum Deum omnipotentem non parum iraſci atque merito ſuccenſere illis, qui ipſius eccleſias & ſacra monaſteria funditus exciderunt, atque diripuerunt aut incenderunt, imagines omnes fregerũt, & ne ſanctorum quidam reliquiis, aut corporibus pepercerunt, quæ combuſerunt, & combuſta comminuerunt atque in cinerem conuerterunt, & tandem per aerem diſsiparunt atque ſparſerunt, vt quantũ in illis ſitum eſſet, omnẽ memoriam chriſti & ipſius ſanctorũ omnino abolerent. Præterea, vt auaritiam illorũ, qua nullũ vitium eſt tetrius, magis agnoſcas

plumbum, quo tegebantur monaſteria, & cætera ſacra loca mercatoribus vendebant, quorum alij cum vix conſcenderant mare, ſtatim orta tempeſtate, fluctibus oppreſſi periere, nonnulli ventis contrariis in Flandriam ſunt acti. At nullis emptoribus repertis, coacti ſunt plumbum vel gratis dare, vel re infecta in Scotiam redire, quod non ſine numine diuino factum fuiſſe credendum eſt. Ad hęc mala hoc etiam accedit, quod me omnium maxime angit & cruciat, quod Scotia quondam regnante a Chaio rege ſexageſimo quinto, qui cum Francis, & Carolo magno imperatore fœdera ſanciuit, viros gloria rei militaris inſignes, pietate vitæ & omni fere diſciplinarũ genere cæteris gentibus præſtantes nutriuit, & ad exteras gentes miſit, qui non modo ſuis, verumetiam aliis hominibus magno ornamẽto fuere, quorũ alios ad fidem conuerterunt, vt ſanctus Liuinus Gandaui, ſanctus Rumoldus Meclinia in Brabrantia fidem christi docuerunt, ſanctus Chilianus Harbipoli in Germania, cui quidam volunt, vt diuo Iohannis baptiſtæ, & ob eandem cauſam caput fuiſſe præciſum. ſed vt cunque acciderit ſatis acerbã pro chriſto paſſus eſt mortem. Multi alij fuerunt ſancti viri Scoti, inter quos hi inſignes nominantur amphibolus Scotiæ primus epiſcopus, qui floruit anno domini ducenteſimo ſeptuageſimo quarto, ſanctus palladius, qui in ſanctis apoſtolis Scotorum numeratur, ſanctus regulus, qui oſſa atque reliquias diui Andræ apoſtoli ex Græcia in Scotiam detulit, ſanctus Kentigernus epiſcopus Glaſquenſis, filius Eugenij tertij regis Scotorũ, & nepos Lothi regis pictorum, quem filia eius thema-

ta pepererat, ſanctus Fiacrius, qui mortuus in Gallia, quanto in honore ſit, non neceſſe habeo dicere, ipſis piis Gallis, qui eius oſſa & reliquias in auro pretioſiſſimo incluſa, longiſſimo itinere confecto ſingulis annis peregrinando reuiſunt, iudicium relinquo. Is frater fuit Ferquhardi regis Scotorum, vel vt Galli volunt filius fuit ipſius regis, Sanctus Cornanus, Sãctus Aydanus, ſanctus Colmanus, ſanctus Finnanus, & hi omnes epiſcopi miraculis & vita pietate inſignes fuerunt, ſanctus Aydanus, ſanctus Fothedus, author pacis inter Grimum octogeſimum ſecundum regem Scotiæ, & malcolmum, ſanctus Dothatus, ſanctus Nenianus, per quos infinita pene miracula deus optimus maximus eſt operatus. His etiã annumeratur ſancta Margarita Scotorũ regina, quæ multa præclara monaſteria, in quibus pij, & religioſi viri nocte atque die preces funderent, quę nunc ab impiis hæreticis ſunt euerſa, atque ſpoliata, erigi atque ædificari curauit, pupillos ſumma laborantes egeſtate nutriuit, eorumque pedes lauit, multos infectos hæreſi etiam principes viros, qui tempore Paſchę Nolebant corpus chriſti recipere, citantes hęc verba, quæ ſcribuntur primo capite diui Iohannis: ſi dixerimus quoniam peccatum non habemus: nos ipſos ſeducimus & veritas in nobis non eſt, pręſente rege vicit, eoſque rationibus allatis ſuam hæreſim deteſtari coegit, tandẽ ipſum regẽ ſuũ coniugẽ, alioqui ſatis ſæuũ & immitẽ principẽ placidiſſimũ & mitiſſimum reddidit, & multa quę futura erant prædixit, infinita alia miracula sãctiſſima regina edidit, de quibus omnibus epiſcopus Turgotus magnum vo-

lumen ſcripſit. Aliqui huic addunt ſanctam Brigidam, eamque Scotam fuiſſe volunt. At pene obliuioni dederam ſanctam ſyriam clariſſimam virginem Diui Fiacri Sororem quę in Gallia colitur, cuius reliquiæ ſunt in templo quod tribus lucis diſtat Trecis quę vrbs eſt nobiliſſima Gallicanę campanię. Cęterum hic Achayus de quo iam memini, fœdere ſancito cum Carolo magno, non modo ſtatim intulit bellum Anglis, verum etiam cum Gallorum oratoribus Gulermum nominatum in hiſtoriis Gallorum Scotũ, ſuum fratrem quatuor millib⁹ fortiſſimorum virorũ comitatum ad Carolum miſit, quibus etiam addidit quatuor viros doctiſſimos, qui fuerant diſcipuli Bedę, clementem, Iohannem, Rabanum, & alcuinum, qui Carolo etiam in bonis literis optime verſata, mirum in modum placuere ita vt clementem academię pariſienſi inſtituendæ et quaſi gignẽdæ atq; educandæ, quæ, ante eius aduentum collis & herba fuit præfecerit Iohannem Potauium ad iuuentutem inſtituendam miſerit, Alcuinum ſibi præceptorem, & a confeſſionibus retinuerit. Non dubitò quin etiam ille nobiliſſmus Gulermus frater regis Scotorum propter inſignem vitę pietatem, & res fortiſſime, & prudentiſſime geſtas, poſſit prioribus annumerari viris ſanctis. Is vbi in Galliam venerat, ita cõtra Turcas, & alios Gallorum hoſtes fortiſſime pugnauit, & ampliſſima ſpolia reportauit, vt ob pręclariſſima facinora, quę plurima ediderat, ſtatim gloria & virtute ſupra plurimos principes, & animi & corporis fortitudine floreret, & duodecim Paribus a Carolo eſſet annumeratus. Adde etiam eum qui perpetuo

Hic clemens fuit, vt ſcribit Iohannes maior, qui interrogat⁹ a carolo magno qd diſcrimis eſſet inter ſcotũ & Scotũ, reſpondit menſam.

bene beateque in cęlibatu vixit, octodecim monaſteria in Germania ędificari atque erigi curauit, quorum omnium cœnobiarchas ſiue abbates voluit eſſe Scotos. Illo tempore principes & nobiles Scoti monaſteria & eccleſias in honorem dei, & eius ſanctorũ edificabant, quæ nunc inſani hæretici deſtruunt & ſpoliant: illi monaſteria locupletabant: iſti impij ſpoliãt: illi omnibus modis ſtudebant deum honorare atque timere: iſti Deum neque timore, neque dignãtur honore, cum nunc hæretici viuant tanquam mors nulla ſequatur, & velut infernus fabula vana foret. Hei mihi qualis nunc Scotia, quantum mutata eſt ab illo clariſſimo ſtatu, quę nunc abundat hæreticis, ſacrilegis, auaris, & maximo grege ſordidorũ hominum, quorum alij ſuum principem nocturno tẽpore interfecerũt, nonnulli violato iure diuino atque humano ſuam reginam immiſericorditer & crudeliter in exilium pepulerunt, quorum inſania, vt clarius & apertius ſit nota, atque omnibus patefacta, Primum quatuor ſceleratiſſimorum hęreticorum noſtri temporis modum vitę, & res turpiſſime geſtas explicaui, & quę erant Gallice ſcripta non paruam iacturam meorum ſtudiorum paſſus, tandem Dei gratia latine reddidi, errores miſerrimorum hæreticorum, atque ſacrilegorum monſtrorum, & nonnullorum noſtrorum perditorum hominum, qui ſunt miniſtri cacodęmonis, theologię plane imperiti ſatis aperte oſtendi, quibus deus optimus maximus pro ſua bonitate det gratiam reſipiſcendi & ad eccleſiam catholicam, apoſtolicam, atque romanam, extra quã viuentibus nulla eſt ſalus expectanda, reuertendi.

Interim quicquid laboris in hac re eſt, id omne regina prudetiſsima, & in fide catholica conſtãtiſsima, in cuius defenſione mirifice vtrumque refers parẽtẽ, imo potiꝰ totũ genꝰ nobiliſsimorũ Scotorũ regũ, qui tot tantique fuere omnes clariſsimi, & mitiſsimi principes, quorum nemo omnium vlla hæreſi, quod illis perpetuę laudi, ęternoque honori eſt tribuendum, vnquam infectus fuit, tibi dedico atque conſecro, longe plura dei gratia propediem pro honore dei & ſalute eccleſię catholicæ, apoſtolicę, atque romanę contra impios hęreticos membra cacodæmonis tentare laboro. Quæ dum meditor, deus optimus maximus eſt rogandus & ſedulo precibus flectẽdus, vt te ab impiis hoſtibus liberet, vt tu aliquando per dei gratiam reſtituta & reddita tuo regno, fidem catholicam pene amiſſam, aut ſaltem valde conuulſam, & debilitatam reuoces, tuumque cariſsimum filium noſtrum principem, de quo optimam opinionem concepimus omnes, quod velit toto pectore fidem catholicam profiteri, atque tueri, propterea quod te ſuam matrem, quam ſe nunquam vidiſſe meminit, vnice amet, & colat atque eandem fidem quam tu profiteris omnino amplecti deſideret, tot iam labentibus annis ab impiis miniſtris, & potiſsimum a miſerrimo Bucanano deluſum atque deceptum, in fide catholica inſtituẽdum cures, & Scotię eccleſiam, quę nunquam aliam doctrinam quam eam, quę eſt catholica, apoſtolica, atque romana, & quam mille, & fere quadringentis annis tenuit, ad antiquum honorem, priſtinamque dignitatem reſtituas, quod ſi feceris, dum iuga montis aper, fluuios dum piſcis amabit, connexaque

*polus dum ſidera paſcet, ſemper honos nomenq; tuũ
laudeſque manebunt. iam tandem ad te optime prin
ceps redeo. Singulari & prope incredibili cupidita-
te ardebam, neque vt ego arbitror, reprehendenda,
illuſtriſſimę ac generoſiſſime princeps, cuius res ge-
ſtæ, & vita innocentiſſime acta multum te commẽ-
dant, ante multos annos meis ſcriptis, ſin minus ver
bis liceret, de honore dei & ſalute reipublicæ te ad-
monere, ſed cum neque tua ætas adhuc pateretur, et
qui te circunſtarent, quorum alij hęretici aut caco-
dæmonis miniſtri, nonnulli tanto deſiderio ſpoliorum
eccleſię ducti, vix compotes mentis fuerunt, vt nullã
rationem honeſtatis haberent, neque ſuę ſalutis, ne-
que honoris dei eſſent memores, id omne vſque in hũc
diem differendum eſſe exiſtimaui. Cum igitur intel-
lexiſſem te nihil debere putare neque prius, neque
antiquius, aut carius honore dei optimi maximi, &
optimo ſtatu reipublicę, in quo tua conſiſtit ſalus, in
eo vno te totũ occupatum eſſe optabã. Quanuis tua vi
ta innocẽtiſſime acta & res præclariſſime geſtæ tuo-
rum tibi ad omne genus virtutis viã latiſſimã aper-
uerint, tamen ſatius eſt te tuis rebus præclare geſtis
florere, quam tuorum maiorum opinione niti. At pri-
ne, tuos quod minime tibi concedam, in diuturna ob-
ſcuritate latuiſſe, adhuc tuum eſſet tua virtute, &
vita integerrime acta, tuis maioribus prælucere. Cæ
terum cum tui maiores nullius virtutis egeni fuere,
id quod notiſſimum eſt in Iacobo quinto tuo auo prin
cipe mitiſſimo, liberaliſsimo, ac prudentiſſimo, quo re
gnante omnes hæretici ardentibus flammis fuerunt
ſublati, quorum etiam numerum, niſi mox aufugiſſet*

Georgius Bucananus ſceleratiſsimus hæreticus, & ſuæ principis accerrimus inimicus expleuiſſet, æternis tenebris redditusque fuiſſet. De iſtis perditis, & peſtiferis miniſtris cacodæmonis nihil tam illoto ſermone exprimere poſſum, quin id omne eorum impietas, vita omni genere turpiſsimorum facinorum cumulata facillime exuperet. Nemo non ſatis intelligit me dicente in iſtas rerum publicarum peſtes, adoleſcentium pernicies, belli, famis, ſeditionis, & cæterorum omnium malorum authores, nullum nouum crimen, nullum inauditum flagitium, nullum denique genus mali reconditum, aut occultum, ſe auditurũ, ſed omnia vetera recogniturum. Nonne impij miniſtri, aut miniſtrorum diſcipuli fuerunt, qui contra auiam tuam, optime princeps, noſtræ reginæ, tuæ charæ genitricis matrem intelligo, arma ſumpſerunt? an non hæretici fuerunt, qui tuum auum Iacobum quintum diuinum, ac ſingularem principem veneno extinxerunt? an non illi huic optimo principi infuderunt venenum, quia voluit hæreticos, vt par erat, caſtigare, quo extincto, hunc verſiculum laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus, cariſsima voce decantarunt. An non impij hæretici fuerunt, qui tuũ patrem in fide catholica Apoſtolica, atque romana ab ipſius pientiſsima matre, quæ ter propter fidem catholicam ab hæreticis in Caſtellum Lundini detruſa fuerat, optime & innocentiſsime educatum tempore nocturno optimum principem, non tam dicam duriter, quam immiſericorditer, quod ſine lachrymis nemo commemorare poſsit, ſtrangularunt? nonne hæretici fuerunt, qui tuum auum ante paucos annos

in urbe ſtirlingenſi nocte intempeſta interfecerunt? an non hæretici fuerunt, qui ſumptis armis contra ius diuinum, atque humanum matrem tuam noſtrã chriſtianiſſimam reginam, & fidei catholicæ protectricem in exilium pepulerunt? nonne iam nõ ita pridem Iohannes Stuartus illuſtriſſimus princeps, & fidei catholicæ apoſtolicæ, atque romanæ accerrimus vindex, catholicæ generoſiſſimꝰ comes, tibi chariſſimꝰ ac ſanguine iunctus, tuis conſiliis intimus, qui te ſolum ſemper maximi fecit, & omnibus in rebus tibi ſemper obſequentiſſimus fuit, cui tu etiam tuum animum, atque vitam omnem, arcanoſque ſenſus credere ſolebas, & quod magis eſt, quem, quaſi chariſſimi patris dilexiſti loco, ſceleratiſſimorum hæreticorum veneno, plurimis medicis id aperte teſtantibus eſt ſublatus? omnia iſta facinora quantumuis maxime execranda & deteſtanda impune ſunt, ita ut terrimi hæretici ſibi videantur perſuadere ob ſua malefacta debere præmia conſequi. an non hic etiam in Gallia ubi utinam aliquot menſes eſſes, ut in fide catholica inſtituereris, verum dei cultum, quo nihil eſt dignus tanto principe, aggnoſceres, aut in Hiſpania, ubi nulli ſunt hæretici, nulli cacodæmonis miniſtri, ut pietatem illius ſanctiſſimi regis, cuius nomen toto in orbe terrarum ſplendet, videres, rumor eſt hæreticos Scotos dominum d'Aubiquium principem nobiliſſimum tibi ſanguinitate maxime propinquũ, quia catholicus eſt, mirum in modum odiſſe, perditos, ac ſceleratos miniſtros contra tam pium principem perpetuo ululare, ac latrare quibus impiis imperãdis

dum eſt, ne in poſterum pios principes, ſiue catholicos quos illi cauſa odij papiſtas vocant, in quo etiam tuæ matri cum ſit catholica, iniuriam faciunt, contra quam petulantiſſima lingua vtuntur, alioqui ad coruos paſcendos in cruces tollantur. Denique ſi vis iſtorum monſtrorũ proprietates ſcire, & ſi ſingulorũ hæreticorũ ſingulas proprietates non poſſum obſeruare atque recenſere, id enim eſſet infiniti laboris, & in numero eorum quæ fieri non poſſunt, attamen quid de illis, qui iam habitum contraxerunt, & in ſua hæreſi ſunt cõfirmati: & quaſi corroborati, quid ſentiã paucis dicam. Hæretici ſunt principum interitus, rerum publcarum euerſionis, bonorum virorum cædis, rapinæ, diſcordiæ, inteſtinorum bellorum, ciuilis cõſpirationis, & cæterorum infinitorum malorum percupidi, & ad hæc omnia perpetranda ſupra quam dici poßit, falſo gaudio, ſed mox perituro inflammati. Præterea ſunt ſubdoli, verſuti, varij, & inconſtãtes, cuiuſlibet rei ſimulatores ac diſsimulatores, qui aliena non tam appetũt, quam omnes bonos viros opprimunt, ardentes cupiditatibus, inexplebiles, libidinibus dediti, non tam ſtulti quam inſani, neque deo neque ſuis principibus fideles, qui immoderata, incredibilia nimis alta ſemper cupiẽtes, aliud in ore, aliud clauſum ſub pectore habentes, non ſi mille mihi linguę eſſent, mille que ora omnium vitiorum, quibus ſunt infecti percurrere nomina poſſum, qui vt vere dicam, & vt opera eorum aperte teſtantur, ſunt athei ſiue ſine deo, putantes nullum eſſe deum, potius quam hæretici, & ita miſerrime viuunt, quaſi nullum præmium ſit propoſitum bonis, neque pœna ma-

princeps,quæ te in fide catholica viuere admoneant, eorum pauca commemorabo. Si ſingulas gentes oculis perluſtres, & diligenter requiras, qui reges primi fuere,qui ſua nomina chriſto dedere, ſiue qui primi fidem catholicam ſunt profeſſi, & diutiſsime ſine vlla varietate, aut mutabilitate vſque in hunc diē illā retinuere,certe omnes cæteros reges in hoc, quod citra inuidiam velim eſſe dictum, facile antecelles. Primum omniū, illuſtriſsime ac nobiliſsime princeps, ſi primum regem Scotorum, qui dedit nomen chriſto: Donaldum primum, & te nunc poſtremum in regibus numeres,octoginta reges Scotorum reperies,qui fidem catholicam, Apoſtolicam atque romanam ſunt profeſſi,qui nunquam vlla hæreſeos, aut ſchiſmatis ignominia,nec eorum populi, quod illis ſolis non ſine magna laude, & ſingulari dei gratia accidit, ſunt notati.Galli non, niſi quinquaginta quinque reges, qui chriſto nomen dederunt,habēt, in quorum genealogiis licet videre ter mutationem factam fuiſſe, & quamuis Angli quatuordecim annis ante Scotos fidem catholicam profeſſi fuerint, quorum lucius fuit primus rex,qui in toto orbe terrarum fidem catholicam eſt profeſſus, tamen eorum regum progenies ter mutata eſt,& Anglia etiam ſæpenumero nunc hæreſi,nunc ſchiſmate infecta fuit, nihil tale vnquam maxima dei gratia accidit Scotis. Præterea perſuade tibi multum te deuinctum deo optimo maximo eſſe,qui hoc miſerrimo tempore, quo hæreſis in Scotia cœperat ſerperet, & nemine fere impediente ſatis altas radices agere,voluit te inuitis hæreticis,& pene inſanientibus,ſacra baptiſmatis vnda ſecundum

conſuetudinem eccleſiæ romanæ ablui, & deinde cō firmari, atque ſacro chriſmate in fronte ſignari, & tandem ſaluum & incolumē ex impiis manibus per ditorum hereticorum eripi, qui tuam cariſsimam matrem, ſuam principem crudeliter, & nefarie irato deo in exilium pepulerunt, & te tanquam captiuum in caſtello ſtirbingenſi tenuerunt, dum redditibus regni, & eccleſiarum atque monaſteriorum, quę impie euerterunt, ſpoliis tanquam ſæui & rabidi canes ſe locupletarent. Hic propemodum id quod eſt maximi momenti omnium dederam obliuioni. Illi ipſi hæretici, qui tuum patrem nocturno tempore immiſericorditer interfecerunt, matrem tuam falſo, quaſi innocentes fuiſſent, accuſarunt, & ſe perpetratam cædem vlciſci promiſerunt omnis ſceleris flagitij, perfidiæque admiſſę, vt iam omnibus eſt notiſſimum, quam mens meminiſſe horret, lucemque refugit authores fuere. Iam prudentia in te quotidie accreſcente cum ætate ſimul incipis experiri hæc omnia eſſe veriſsima, & eorum hęreſim & impiam doctrinam eo ferri, vt animam tuam cum corpore miſerrime perderent. Nam ſatis exploratum eſt iſtos impios hæreticos in hoc vno perpetuo laboraſſe, vt te Anglis traderent, qui te & matrem ſimul eodem horæ momento crudeliter interfeciſſent. Præterea Georgius Bucananus inſtitutor tuus, pernicioſiſsimus hæreticus ſatis aperte omnibus perſuadere conatur licere populo, cum viſum ſit illi, te priuare regno, & alium ſubſtituere, ſiue regem creare, quæ eſt impia doctrina Mahometis per Iohannem Vuytocliffum approbata articulo ſeptimo, & ab eccleſia catholica,

Apoſtoli-

ca, atque romana in generali concilio Conſtantienſi condemnata. Itaque, optime princeps, fraude, dolo, aſtutia, perfidia, impietate iſtorum miſerrimorum hęreticorum, qui neque deum, neque principes timent aperte intellecta, nullo opus erit tibi impulſore, aut perſuaſore vt fidem catholicam, atque romanam, in qua omnes tui maiores vixerũt, amplectaris. Interim ſi ſcires quanto amore proſequitur te tua mater piętiſſimã, cui nihil eſt carius & optandum prius, quæ pietate vitæ infinitam multitudinem Anglorum et in fide retinet, & ad fidem catholicam quotidiẽ magis atque magis allicit atque trahit, vt quemadmodum ſanctus Ioſeph deo volẽte ductus eſt, in Egyptũ, vt multum proſit, populo ſit illa inſtinctu afflatuque diuino viſa eſt veniſſe in Angliam, vt infinitas, animas, quę alioqui periiſſent, potiſſimum hoc miſerrimo tempore, quo hæreſis tam altas agit radices, lucrifaceret chriſto, quod impij hęretici Scoti non eſſent digni tanta principe quam te in fide catholica, apoſtolica atque romana viuere, & etiam quanto honore nos catholici te amplectimur, continuo iſtos impios hæreticos, fœtidos canes, venenoſos ſerpentes, dei & hominum oſores peius cane & angue odiſſes. Igitur ſumma ope nitẽdum eſt, vt fidem catholicam quã ocyſſime vel cum ſanguine fuſo, ſi vis eſſe ſaluus, ſi vis diu regnare, protegas atque defendas. Vnum hoc ſupereſt Nunc, optime princeps, quicquid tibi a mortalibus eſt datum, hoc totum catholicis acceptũ referre, veluti parentibus tuis, qui ambo fuerunt catholici, & propterea eorum alterum hæretici interfecerunt alterum in exilium non ſine magno diſcri-

mine vitæ,crudeliter pepulerunt,vt neutrum tuorũ parentum videres, neque vnquam aggnoſceres,imo hoc vnum illos peßime habet,quod tu in omni genere virtutis,ac immenſæ gloriæ quotidie adoleſcis,& in hoc vere imitaris præceptum Diogenis,qui aliquando interrogatus, quomodo aliquis maxime noceret inimicis,reſpondit ſi bene beateque viuas. Nihil plane hi impij hæretici,qui te circumſtiterunt,& cantu ſuauißimo ſirenarum mores, aures tuas demulſerunt,potius optarunt,quam te repueraſcere,& perpetũis in cunabulis vagire. Iſtud quod poſtremo loco dicam me maxime omnium mouet, & quod te quidem,ſancte princeps non debet tam mouere quam cogere atque vrgere eiuſmodi peßimos hæreticos perpetuo odio proſequi,& terram in qua verſantur,tãquam impiam execrari atquè deteſtari,quod omnes illi ſcelerati & perditi homines,ſi inhominibus ſunt numerandi,qui vel patrem tuum interfecerunt, vel arma contra matrem tuam, ſuam principem, Irato deo ſumpſerunt, vel in exilium, pepulerunt, vel ei mortem ſæpenumero interminati fuerunt,inſani,rabidi,& furiis agitati iniquis,fuerunt hæretici, ita vt ſingulari dei gratia acciderit, quod in tanto hominum numero,qui ſatis magnus fuit, ne vnus quidem catholicus fuerit repertus, qui auſus ſit tam indignum facinus admittere,tantum flagitium, quod ego totus horreſco referẽs,perpetrare. Catholici enim in timore dei viuunt,quorum conſilio in rebus agendis,ſi vis deo placere, & ſaluti regni proſpicere, tãtum debes vti,qui neque contra patrem, neque matrem conſpirarunt,neque Deum timentes arma ne-

ſaria & deteſtanda ſumpſerunt. Adhuc etiam atque etiam te rogo atque obſecro propter Ieſum chriſtum, optime princeps, ſi vis catholicam religionem florere, ſi vis diu ſupereſſe, ſi vis denique tranquillã ducere vitam, atque tandem ſtabili claudere fine dies, noli impiis hæreticis, & potiſſimum aſtutis vulpibus & vlulantibus lupis miniſtris cacodæmonis, qui per feneſtram in eccleſiam irruperunt fidem habere. Quomodo tibi futuri ſunt fideles, qui chriſto et eius eccleſiæ ſunt perfidi atque infideles? nunquam iſtis credendum eſt, qui fidem in baptiſmo chriſto datam abnegarunt, eccleſiam catholicam, quæ in toto orbe terrarum lucet & ſplendet, extra quam nulla eſt ſalus, reliquerunt, cacodæmoni domino ſuo ſe cõſecrarunt, & inferorum peſtiferis Paludibus ſe abluerunt. Tua ſanctiſſima mater, noſtra ſereniſſima & illuſtriſſima regina non aliam fidem, quia nulla alia eſt, quam catholicam, apoſtolicam atque romanam aggnoſcit, hanc vnam omnes tui maiores illuſtriſſimi Stuarti principes, & omnes reges Scotorum atque omnes Scoti perpetuo ſunt profeſſi, & in hac fide vixerunt & exetremum vitæ diem clauſerunt. Hæc fides eſt quam Scoti mille & fere quadringentis annis perpetui inuito cacodæmone, & miniſtris eius tenuere, hæc impia hæreſis caluinica heſterna nocte in tempeſta, quam mille cacodæmones, & impij miniſtri comitati ſunt, ab inferis prodiit, & eam ſoli inſani miniſtri Satanæ ſunt amplexi. Audio ſceleratiſſimum hæreticum miniſtrum cacodæmonis Craig, te præſente, optime princeps, ſuum venenum impudenter fundere & multos incautos, indoctos, atque

imperitos fallere, tuũ eſt iubere nebulonem, & impudentiſsimũ hereticum ne plus damni inferat genti tuæ quam ocyſsime ſuſpendi, aut vt coruos paſcat in crucem tolli, aut ſæuientibus vndis obrui aut ardentibus flammis abſumi alium etiam intellexi eſſe hæreticum Thomam Smeton non tam inconſtantem quam pene inſanum, in philoſophia parum verſatũ, Theologiæ omnino ignarum. Is cum primum venerat Pariſios erat catholic⁹, ſed ſtatim, vt eſt homo leuior pluma, inconſtantior quauis fœmina, mutabilior omni vento, qui aliud ſtans, aliud, ſedens ſentit, a quodam Alexandro, Arbuneth homine ſatis bono ingenio nato, & in nõ paucis ſcientiis verſato, ſed theologiæ, quã ſimulat ſe profiteri penitus ignaro, ſed hæretico, quod certe eſt dolendum pertinaciſsimo, obſtinatiſsimo, quem cacodæmõ videtur totum poſsidere, maximeque peſtifero, & ab omnibus hominibus maxime fugiendo, factus eſt hæreticus, deinde animi ſe ſe angebat, facti pœniteas, relicta ſua impia hæreſi ad eccleſiam catholicam rediit, & numero ieſuiſtatum annumeratus fuit, qui ſunt viri docti & ſtudioſi, & qui multum eccleſiæ catholicę proſunt, & iuuentutis educandę vtilitati non parum ſtudent, ſed rurſus miſerrimus homo ad ſuum venenum rediit, & cum tunc ſtultus, eſſet, profectus eſt in Angliam, quæ eſt veriſsima ſentina, nutrix, & lerna omnium hæreſeon, quanuis ſint ibi quam plurimi boni viri, qui tamen non audent, vna muliere impediente fidem catholicam publice profiteri. Nũc Smeton apud Scotos non tam delirat & impune latrat, quam plane inſanit, & multos incautos & in do-

ctos homines perdit. Alius eſt etiam hæreticus longe his omnib⁹ doctrina inferior, ſed multo audacior, quã doctior, ꝙ eſt omniũ hæreticorũ propriũ, q multa falſo et ĩpudẽter profitetur, quorũ eſt ignar⁹ et infinitos fallit & decipit David lynſay in bonis diſciplinis parũ verſat⁹, & theologiæ omnino ignarus. Interim pene obliuioni dederam patricium adamſonum ab hæreticis archiepiſcopum ciuitatis ſancti Andreę creatum, non bonarum diſciplinarum, quas nunquã didicit, indoctum, quod eſſet aliquo modo ferendum, ſed omnium ſcientiarum omnino imperitum, niſi grammaticam in ſcientiis numerandam putes, in qua eſt aliquo modo verſatus, & etiam nonnulla poſt pocula Bacchi carmina fundit. Omnes iſti hæretici miniſtri cacodæmonis, Cui perpetuo famulãtur, ſunt regno expellendi, aut capite plectendi, ſi vis te oſtendere vere catholicum, & cauſam dei optimi maximi forti animo tueri, & opem auxiliumque dei ſentires. ſi qui ſint hæretici, qui nolẽt eccleſię catholicę, apoſtolicę & romanæ, quæ eſt vera eccleſia, parere, quia illis eſt valde moleſtum, quæ dei ſunt, reddere deo, & redditus eccleſiarum relinquere, propter quos non ſunt tam hæretici, quam ſacrilegi: facile contra eos, vt ſuſpicor, a rege Gallorum, vel a ſanctiſſimo & potentiſſimo rege Hiſpaniarum, vt non dubito, opem auxiliumque impetrabis. Denique non tibi mirum videri debet, ſanctiſſime princeps Scotiam nunc infectam eſſe hęreſi, cum deus optimus maximus per venerabilem Bedam virum valde pium, & alium quendam Marlinum Anglos, & Thomam leirmõt Scotum rerum futurarum magnum diuinatorem, et

ſi impij hæretici hoc pro ludo & ioco habeant, quem Scotorum vulgus Thomam Rymour appellare ſolet, qui vixit tempore Alexandri tertij regis Scotorum, qui magna manu clariſſimorum virorum ſanctum Ludouicum Gallorum regem contra Turcas bellum gerentem non parum iuuerat, quo tempore ſanctiſſimi reges Gallorum nihil putabant eſſe honeſtius, prçclarius, & chriſtianiſſimis principibus dignius, quã Turcis, hæreticis, & cæteris inimicis eccleſiæ extinctis, vel ad fidem conuerſis chriſti nomen dilatare, & vbique gentium eius honorem amplificare, hanc impiam hæreſim in Scotia radices acturam prædixiſſe videtur, & eccleſiam Scotorum quę multum diuque poſt mortem optimi, & ſanctiſsimi regis Iacobi quinti læſa, & oppreſſa ab hæreticis fuerat, te imperante, & dei gratia fœliciter regnante ad ſuũ priſtinum ſplendorem, & verum dei cultum, quod tibi æterno vertetur honori, mox redituram, id quod vel me tacente omnes iſti impij miniſtri Cacodæmonis, & ſi diſsimulent & maxime nolent, optime tamen norunt, & ſuam ruinam & miſerabilem caſum cum ſua ſynagoga quotidie expectant, quorum animæ, & ſi eorum corpora nobiſcum adhuc verſẽtur in terris, apud inferos iampridem ſunt ſepulta. Vt tu, illuſtriſsime princeps, aſtutias, calliditates, dolos atque ſeditiones iſtorum ſceleratiſsimorum miniſtrorum cacodæmonis melius intelligas, quatuor miſerrimorum hæreticorum res geſtas & teterrimam ac peſsimam maximeque deteſtandam mortem non ſine magno labore, latine reddidi, in quo quicquid eſt laboris tuæ chariſsimæ matri noſtræ optimæ reginæ

quæ mallet pro fide catholica,apoſtolica,atque romana in perpetuis tenebris carceris vitam trahere, quod ei æterno honori tribuitur,quam patrocinando, aut fauendo miſerrimis & ſceleratiſsimis hæreticis ſuis reddi atq; reſtitui,& tibi,optime princeps, quos deus optimus maximus ſemper velit eſſe ſaluos & incolumes , dedico atque conſecro.quod ſi æqui bonique, vt ſpero laborem meum conſulatis , Dei gratia maiora tentabo , & pro ſalute eccleſiæ catholicæ, Apoſtolicæ,atque romanæ contra eiuſmodi vulpiculas,quæ per anguſtas repunt in eccleſiam feneſtras, & contra præceptum diuinum ſuas luteas,caducas, male materiatas , & ruinoſas vi & armis contra dei præceptum,quod illæ ſatis aperte contemnunt & negligunt , ſuas ſynagogas ſtruunt & corroborant a cacodæmone miſſæ , cum neque pietate vitæ, neque miraculis,vt apoſtoli,ſuam nouam ſynagogam inſtituant, de quibus loquitur deus per Hieremiam prophetam.Non mittebam prophetas & ipſi currebāt: non loquebar ad eos & ipſi prophetabant.

Forſitan,optime princeps,quæras , cur potius ſcripſi latine quam Scotice,ratio ita in promptu eſt , vt res diſputatione non egeat.tres ſunt linguæ elegantes et ingenuæ,Hebraica,græca,& latina, quæ nobilibus principibus,in quorum albo tuam matrem & te numerare ſoleo,ſunt dignæ:cæteras linguas,cū ſint barbaræ,barbaris & hæreticis tanquam propriis relinquo,deinde illis linguis ſenſa mentis facilius explicamꝰ,& tandē barbara lingua noſtra,nō citra magnū laborē,potiſsimū ab iis,quibꝰ idioma ſcoticū eſt ignotū,excudi vel īprimi poſſet.Valete optimi principes.

FINIS.

INDEX RERUM OMNIUM, QUÆ IN SINGULIS PAGINIS *continentur.*

ANte tempora lutheri nemo viderat monachum in taberna ſaltare & cantare. 13
Authore luthero Hungria fuit amiſſa, & rex a turcis miſerrime interfectus. 19
Authoritatibus condemnatur impia ſententia lutheri. 20
Caietanus cardinalis noluit ſeuere agere cõtra lutherum. 9
Ceietanus Cardinalis in omnibus diſciplinis bene verſatus. 9
Caroli quinti probitas erga fidem catholicã. 11
Dux ſaxoniæ min⁹ fauebat impietati lutheri. 7
Didicerat lutherus melius in taberna ſaltare & cantare quam in monaſterio pie viuere. 13
Due mulieres cœperunt predicare vna in germania, altera in Scotia. 16
Ducenta & nonaginta & tria monaſteria ſub prætextu quinti euangelij euerſa fuere. 19
Erat fratrũ auguſtini ordinis publicare indulgentias. 4
Ekius & plures alij viri docti ſcripſerunt contra lutherum. 6
Eximius apoſtolus fuit diuus petrus. 16
Federicus dux ſaxonię valde temere reprehendit indulgentias. 5
Federico iam mortuo lutherus cum religioſa muliere cœpit publice ſcortari. 18

Fructus quinti Euangelij. 19
Henricus octauus rex Anglorum ſcripſit contra lutherum. 15
Horrenda & peſtifera doctrina lutheri. 11
Impius lutherus omnibus modis ſtuduit iuuené imperatorem aſtutia, & calliditate fallere,& in ſuam ſententiam trahere. 11
Inſania lutheri. 17
Lutherus natus in commitatu Mansfelt. 1
Lutherus vigeſimo anno ſuæ ætatis laurea donatus. 1
Lutherus conſecrat ſe ordini fratrum diui auguſtini. 2
Lutherus quaſi moribundus cæcidit in terrā. 2
Luther9 dixit malum ſpiritum ſatis nobis notum. 2
Lutherus expectabat ſibi dari pileū a ſummo pontifice. 3
Lutherus laurea theologiæ donatus. 3
Lutherus nō potuit pati ſuos fratres negligi. 5
Lutherus reiicit doctrinam diui Thomæ. 5
Lutherus ſubmiſit ſe ſummo pontifici. 6
Lutherus miris technis eluſit ſummum pontificem. 7
Lutherus examinatus a Caietano. 8
Lutherus defuncto optimo imperatore cœpit in ſuum pontificem debacchari. 10
Lutherus in diſputando victus ab Exio cœpit inſanire. 11
Lutherus a ſummo pontifice pro hæretico habitus. 11

Lutherus vocatus ab imperatore ſtatim obticuit. 14
Lutherus vt pertinax hæreticus pulſus in exilium. 15
Lutherus trāſtulit biblia ſed non ſine infinitis erroribus. 16
Lutherus voluit ſum ſocium mortuum ab inferis reuocare ad vitam. 17
Lutherus ex canone miſſæ ſuſtulit memoriam de functorum, & ex calendario dies feſtos ſanctorum. 18
Lutherus contra ſacram ſcripturam vult per fidem ſiue bonis operibus hominem iuſtificari. 19
Lutherus videtur ignorare fidem informen quæ poteſt eſſe cum peccato mortali & fidē formatam quæ nunquam eſt ſine charitate & gratia. 20
Lutherus millies millena millia corporū accelerata & precoci morte perdidit. 20
Lutherus profectus in ſuam patriam cum ſua monacha. 21
Lutherus nunquam potuit pati parem neque ſuperiorem. 23
Malignus ſpiritus rem habuit cum matre lutheri. 1
Mirifica pietas philippi reges Hiſpaniarū. 11
Miſerrima mors impij lutheri qui veſperi bene potus vt ſcribit Hoſius mane in lecto repertus eſt mortuus. 21
Non eſt neceſſe hominem qui per peccatum

[library stamp]

amittit gratiam ſemper amittere fidem. 20
Pater lutheri Iohannes luder. 1
Proprium hæreticorum. 3
Pius imperator ſignificauit omnibus germanis viuendum eſſe more maiorum. 14
Quædam mulieres Scotiæ quæ nolebant obedire ſue predicatrici negabant mulierem debere predicare vel eſſe caput eccleſię. 16
Rex Anglorum vxorem ſuam legitimam, qua ad huc viuente genuit Elizabetham. 15
Socius lutheri fulmine extinctus. 2
Summus pontifex vſus ſua authoritate vniuerſali. 4
Sleidanus hæretic⁹ plurimũ fauebat luthero. 8
Schiſma primũ in Anglia natum eſt & deinde ſecuta eſt hæreſis. 15
Superbia & inſania beſtię non hominis. 19
Thomas morus & Iohãnes fiſcher qui poſtea pro defenſione fidei catholice fuerunt interfecti ſcripſerunt contra lutherum. 17
Teſtante ſacra ſriptura ſacerdotes non poſſunt ducere vxorem ſed tantum ſcortantur. 18
Tota fere Germania hæreſi lutheri fuit infecta. 19
Vaca peperit vitulũ cuculla lutheri indutũ. 17

De vita Carloſtadij.

Bellum inter Carloſtadium & lutherum. 23
Carloſtadius amiciſſimus fuit luthero. 22
Carloſtadius primus fuit ſacerdos apud Germanos qui publice ſub prætextu matrimo-

nij ſcortari cœpit. 22
Carloſtadius curauit fabricari nouam miſſam in honorem ſuarum infœlicium nuptiarũ. 22
Carloſtadius fuit primus qui docuit omnes ſacerdotes publice ſcortari. 22
Carloſtadius prim⁹ fuit qui fregit imagines. 22
Carloſtadius pulſus in exilium. 23
Carloſtadius ex theologo factus eſt agricola. 23
Calamitas & miſeria qua cacodemon tandem perducit ſuos miniſtros. 24

De vita Petri martyris.

Alius hæreticus die natiuitatis domini arrauit terram, cuius pes, quo ferrũ aratri depreſſit incuruatus adhæſit eius podici. 33
Antequam miniſtri cacodemonis venerant in Scotiá virgines deo dicate magno in honore, & magno exemplo ad bene beateque viuendum omnibus fuere. 34
Bernardinus prædicator tanta rerum inopia præmebatur, vt repente coactus fuerat aliorum veſtimenta lauare. 27
Dauid farguſſon Scotus eſt in hac hæreſi, qui negat corpus chriſti eſſe, ſiue poſſe eſſe, in diuerſis locis, & quia corpus chriſti eſt in cœlo negat hic eſſe nobiſcum. 29
Dauid farguſſon qui omnia in dubium incertumque reuocat vtriuſque teſtamenti eſt ignarus. 31
Domus cuiuſdam hæretici ex lapidibus & lignis ſacelli conſtructa immenſam copiam ſan-

guinis fundebat. 33
Dauid linſay parum fauerat epiſcopis, tamen nihilominus nunquam auſus eſt conſcientia prohibente male loqui de Franciſcanis. 35
Diſcrimen inter ſynagogam hæreticorum, & eccleſiam catholicam. 36
Duo hæretici euerterunt clariſſimum monaſterium diuæ Margaretæ quondam Regine Scotorum. 35
Franciſcani Scoti potuerant eſſe exemplo omnibus religioſis ad bene beateque viuendum 34
Hæreſes multas egregias laudes & ſpoliaampla reportat. 32
Hæretici Scoti nullam fidem habent. 30
Hæretici Scoti perenne ſacrificium quæ miſſa dicitur abiecerunt. 36
Hæretici Scoti ſunt longe ſceleratiores magiſque execrandi, atque deteſtandi ipſis turcis 36
Knox hæreticus ſcortator inſignis. 35
Miſerrima diſputatio poyſica docuit ſero ſapuiſſe phryges. 29
Mirum eſt ſutores piſtores infimorum hominũ fœces nemine docẽte tam repente quam doctiſſimos euaſſiſe. 32
Miracula miſerrimorum miniſtrorum cacodemonis. 32

De vita Petrus martyris.

Petrus martyr receptus in ordinem fratrũ Au-
guſtinenſium camiſatorum vt vocant Itali. 24
Petrus martyr viginti annos natus theologiæ laurea decoratus fuit. 24
Petrus martyr neapoli a quodã Hiſpano hæreſi fuit infectus. 25
Petrus martyr cum ſuis fratribus preeſſet tanta crudelitate vſus fuit vt nonnullos in carcere faceret mori. 25
Petr⁹ martyr qui tot flagitia admiſerat relicto monaſterio. 25
Petrus martyr & bernardinus quorũ ſalus plane deplorata fuit venerunt geneuam omniũ miſerrimorum hæreticorum latibulum atque ſpeluncam. 26
Predicator bernardinus tanta rerum inopia præmebatur, vt repente coactus fuerat aliorum veſtimenta lauare. 27
Petrus martyr cũ ſacra virgine deo dicata publice eſt ſcortatus. 27
Petrus martyr ab Edouardo rege in Angliam fuit vocatus, vt ſuam hæreſim prædicaret. 27
Petrus martyr pulſus eſt Anglia ab optima regina Maria. 28
Proprium eſt hæreticorum cum multis conuenire. 28
Petrus martyr priori mortua cum alia religioſa fœmina ſcortari cœpit, 28
Petrus martyr de cœna domini cũ cæteris hæreticis conuenire non potuit. 29
Petrus martyr ab nimium dolorem, quod vi-

ctus atque ſuperatus eſſet a Brantio incidit in morbum, & tandem moritur. 29
Paucæ rationes huc afferuntur quibus contra Farguſſon oſtenditur corpus chriſti etiam hic eſſe nobiſcum. 30
Quanta impietas & immenſa habendi cupiditas fuit in quibuſdam Scotis. 35
Quidam Bernardinus Socius Petri martyris prædicans diuitias contemnandas eſſe multas hæreſes ſparſit in populo. 26
Quidam hereticus eodem ferro quo fregerat imaginem ſibi amputauit manum. 33
Quidam hæretic⁹ teſtatur ſe vidiſſe tres viros ditiſſimos qui ſpoliarunt ſacra loca factos fuiſſe repente pauperrimos, alios vero tres ab omni flagitio ab horrentes illico euaſiſſe totius vrbis ditiſſimos. 34
Quidam impius miniſter occurrit pauperi ſacerdoti in ſuum oppidulum ęquitanti, quo deiecto illius conſcendit ęquum & ſedulo æquitauit ſacerdote percurrente atque lachrimante. 34
Quidam hæreticus præcepit ſuæ mœretrici quod tribus diebus dominicis iret nudis pedibus ad ſynagogam. 36
Stultitia & nimia habendi cupiditas fecit Dauidem relicta arte conſuendi chirothecas. 31
Væ regno, cui puer, vel mulier hæreſi infecta præeſt, id quod nunc Angli catholici ſentiunt. 27

Vnus miniſter vrbis & Edimburgi ſeipſum interfecit. 33
Vnus miniſter, vt ſecunde vxoris dote diteſceret ſuam vxorem ſtrangulauit,& ſuos ſeruos tanquam ſcœleris conſcios accuſauit. 33

De vita Ioannis Caluini.

Aſtutia & calliditas hæreticorum. 97
Aſtutia hæreticorum quibus ſtudent imponere imperitis. 97
Beza impudentiſſimus mendax & adulator. 73
Beza aduerſatur veritati. 73
Beze hæretici iniquiſſimum iudicium. 49
Beże impia,& horrenda,& indigna auditu mẽdacia. 49
Beza fatetur Caluinum infinitis doloribus cruciatum fuiſſe. 93
Binas literas Caluinus ſcripſit,quibus callidiſſime & aſtutiſſime Reginam Nauarricam eluſit atque fefellit. 77
Buccananus qui cum Iudeis conſentiens agnũ Paſchalem comederat & principium noſtre ſalutis extinxerat. 39
Caluinus dicit nihil eſſe credendum,niſi quod ſacra ſcriptura docet,& infantes ſine baptiſmo poſſe ſalutem conſequi. 45
Caluinus voluit hominem a quo leniſſime offenſus fuit grauiſſimas luere pœnas. 65
Caluinus voluit pœnes ſe authoritatem habere eligendi,quecunque vellet miniſtrum. 66
Caluinus fuit tanta percitus ira,quod non po-

tuit vlciſci inimicum ſuum. 66
Caluinus eo ſtultitiæ aut potius inſaniæ ilico euaſit, vt ſunt quidam homines male nati, qui neſciunt ſucceſſum fortunæ moderari ſedomnia ex ſualibidine faciunt. 67
Caluinus inſatiabili cupiditate ductus. 67
Caluinus qui quod eſt ſolius dei proprium ſibi attribuit,falſoque vendicat. 67
Caluinus ſimulauit ſe quendam hominem mortuum reſuſcitare, & ad vitam reuocare poſſe. 70
Caluinus doctiſſimis viris Germaniæ ſe longe præfert. 72
Caluinus cum vxoribus alienis verſabatur. 75
Caluinus pernoctauit ſæpius cum quadam venuſta fœmina etiam adoleſcentula abſente marito. 75
Caluinus adulatus eſt vxori alterius,quam voluit vxori ducere vt ſunt impij miniſtri inſignes ſcortatores, & tauri potius quam homines. 76
Caluinus fuit ſupra modum crudelis & nemini parcens. 51
Caluinus obſtinato obfirmato animo fuit. 52
Caluinus fuit peſtis reipublice. 59
Caluinus nouarum rerum cupidiſſimus fuit veluti cœnam mutare,& in pane fermento communicare. 59
Caluinus omnes cærimonias eccleſiæ mutare voluit. 59
Caluinus voluit diem mercurij prorſus rem i-

nauditam fieri feſtum,atque ſolennem. 60
Caluinus in exilium pulſus miſerrimam vitam egit. 61
Caluinus ſuperbiſſimus & omnium bonarum literarum imperitus. 62
Caluinus non minus fur,quam,hæreticus mille ſtruxit inſidias,technas,quibus diteſceret. 62
Caluinus nunquam fuit curatus a morbo ſodomitico.
Caluinus erat crudelliſſimo ac maxime implacabili ingenio natus. 64
Caluinus rogauit veniam a dominis ſuis excommunicandi eos qui male viuerent. 92
Caluinus nihil vnquam caluit in bonis literis. 97
Caluinus ſuſtulit liberum arbitrium. 98
Caluinus tam malum pœne quam culpæ voluit deum eſſe authorem. 99
Caluinus voluit deum eſſe authorem deformitatis & prauitatis rerum. 100
Caluinus impietate alios miniſtros ſuperauit. 102
Diuus Ambroſius dum viueret fuit lumen eccleſię. 47
Diuus Hieronimus fuit exemplo omnibus ad bene beateque viuendum. 47
Duo impij miniſtri adeo ſuperbierant vt maluerant temere bellum inteſtinum excitari, infinitos ciues interfici quem non ſue inſaniæ ſatis fieri. 56

Egeſippus hiſtoricus ſcribit ſeptem fuiſſe ſectas apud Iudeos. 38
Ex diuo auguſtino ſciri poteſt quid ſit diſcriminis inter eccleſiam catholicam & ſinagogam hæreticorum. 42
Epulę quibus vtebatur venerandus Caluinus. 74
Fertur Buccananum in ſacro fonte in quo infantes benedicta aqua ablui ſolent oletum feciſſe. 40
Furtum ſceleratiſſimi Caluini in pecuniis regine Nauarre. 76
Fœtidiſſimus porcus Caluinus Gallorum dædecus excogitauit modum inauditum & ante hac nemini notum communicandi cœnam. 60
Gubernator vrbis Geneuæ miris in modis Caluinum oderat. 29
Farellus & Caluinus vt miſerrimi latruncali, ſi a iudicibus iracundis reperti fuiſſent, illico vt par fuit ſuſpenſi fuiſſent. 61
Hæretici neque inter ſe, neque cum aliis conuenire poſſunt. 60
Iacobus 5. miro amóre fuit incenſus, erga eccleſiam catholicam. 39
Iuuenalis introducit quendam Caluinum, qui affirmauit vindictam quantumuis dulci auferandam vitæ. 53
Impietas Caluini in explicatione, ſacrarum literarum. 101
Knox hæreticus ſceleratiſſimus ſcortator tres

meretrices ſecum ex Anglia in Scotiam pro ficiſcens clanculum abduxit. 65
Leuitas & inconſtantia Scotorum hæretico-rum. 40
Leuitas & inconſtantia Anglorum, qui ter vel ſæpius a fide catholica defecerunt. 41
Magna controuerſia inter lutherum & Calui-num. 42
Miniſtri chriſti præcepto repugnant. 44
Mira arrogantia Caluini. 69
Miniſtri Angliæ & ſcotiæ alij ſunt lutherani alij vero Caluiniani. 55
Miſerrimũ reſpõſumCaluini,quo clariſſime o-ſtendit minime ſe curare mentiri & veritati omnino repugnare. 90
Morbi quibus Caluinus cruciabatur mirum in modum ante mortem. 93
Miſerrimus Caluinus immenſis dummodo vi ueret doloribus cruciatus fuit. 95
Mors execranda Caluini. 96
Notæ & ſigna hæreticorum. 37
Nulla terra ſceleratiorem Caluino vnquam tu lit. 96
Obſcœne & nimiæ crapulæ venerandi Calui-ni. 33
Perrinus rediẽs ab aula ignorauit inſidias,quas cõtra ſe machinatus fuerat peſſimus nebulo Caluinus. 80
Princeps Scotorum tam in bonis literis quam in cœteris virtutibus facille omnes ſuæ ætatis ante cecy. 40

Quidam monachus nomine vinrop qui ſeptuageſimum attigerat annum cum anicula decrepita publice eſt ſcortatus. 45
Quidam præſtigator ſacco indutus coram foribus ſynagogæ edimburgi qui eſt princeps vrbs Scotiæ tribus dominicis vt pœnitentiam nouam ageret toto populo ſpectante ſtetiſſe. 46
Quam mandax impius Beza. 93
Quot tormẽtis digni ſunt inſani miniſtri Scoti. 53
Regina Nauarrica Caluini dolis capta, qui & eius pecunias furatus fuerat, & falſis literis eluſerat illum, tanquam venenatum ſerpentem perpetuo oderat. 79
Sumptuoſe delitiæ, quibus in prandio, & cœna vtebatur venerandus caluinus. 74
Stratagema callidiſſimi & maxime impij Caluini, quod cogitauerat contra gubernatorẽ vrbis Geneuæ. 79
Summa ignorantia Caluini in Philoſophia & theologia. 99
Summa ignorantia Caluini in bonis literis. 48

FINIS.

DE VITA ET REBVS GESTIS MARTINI LVTHERI, ET ALIORVM TRIVM SVBſequentium Speudoapoſtolorum hęreſeos noſtri temporis &c. traductis ex ſermone Gallico in Latinum

Authore Iacobo Laingæo Scoto Doctore Sorbonico

MARTINVS Lutherus, vt de ſe ipſe teſtatur in quodam ſermone de Euchariſtia, natus fuit in quadã vrbe, cui nomen Eſlebeta in comitatu Mansfelt, dioceſeos Albaſtatæ in Saxonia: noctéquę anteceſſit dié feſtum Diui Martini (iſtud incitabat parentes, vt in ſacro fonte abluto tale nomen illi imponerent, quod fuit admodum celebre in Catholica, Apoſtolica atque Romana Eccleſia) anno noſtræ ſalutis 1 4 8 3. Eius patri nomen fuit Ioannes luder, quod fuit

Lutherus natus in comitatu Mãsfelt

Pater Lutheri Ioannes Luder. cognomen maximæ turpitudinis inter Germanos, vt tale cognomen mali ominis puer vitaret, filius eius dictus eſt Martinus Lutherus, matri eius nomẽ erat Margarita, quæ eũ concepit, hec opinio eſt plurimorum clariſſimorum virorum, operatione cuiuſdã mali ſpiritus, qui ſpecie iuuenis ſępius apparuit, & cum ea furtim cõcubuit, atque dormiuit, antequam adhuc Iohanni Luder nupta eſſet. *Malignus ſpiritus rẽ habuit cũ matre Luderi.* Cæterũ cum eius parentes infimo loco nati, nullo ſplendore vitæ, nulla commendatione famæ clari eſſent, ſuũ filiũ vnicũ, Iſleben, vbi prima elementa grammaticæ didicit, mox deinde Magdeburgum ſtudendi gratia miſerunt, vbi primorum ſtudiorum annum compleuit: poſtea profectus eſt in vrbem Iſemachum, vbi pręceptorem nactus eſt, quem quatuor annos audiuit: tum demum, vbi ea quæ ad humanitatem ſpectant, audierat, ſe ad philoſophię ſtudium contulit: & vt facilius, & commodius id fieret, profectus eſt Erfordum magni nominis vrbem, ac celebrem Turingær, vbi breui in omni literarum genere doctiſſimus ſua opinione euaſit, & multorum ſententia ocyſſime ſtadio philoſpphię decurſo, atque completo, laurea eſt donatus anno 20. ſuę ætatis. Ad hæc hoc illi etiã acciderat, quod in reb⁹ pręclaris nõ infima laus eſt, primã inter ſuos meritus ſua laude coronam, tam acri, fœlici, & excellenti fertur fuiſſe ingenio, vt longe omnes exuperaret ſuos, hac fama ille impulſus. &

Lutherus vigeſimo ſuæ ætatis laurea donatus.

viribus ingenij confiſus, cepit legibus ſtudere, & in iis quicquid eruditionis, aut ſolertiæ eſſet, aliis oſtentare, vt erat in primis natura duce ſatis ingenioſus, & in dicendo, ac diſputando non parum exercitatus. Primum, nō omnino vitioſe vitam agebat, ſedvt eſt ingenium omnium hominum à labore ac doloris defatigatione procliue, & ad otium promptum, quo ſe reficeret, ac vires amiſſas reuocaret: ſic Martinus nonnunquam poſt longa ſtudia ſolebat aliquot tempus remittere, & ſuo animo obſequi. Itaque quodam die relictis ſtudiis vno comitante amico in pratum ſatis, amoenum requieſcendi, ac animi relaxandi gratia profectus, ſtatim totus fuit attonitus, ac fulmine in terram proſtratus, extincto ſocio ſuo, nō tamen fuit ille leſus. Ex illo tempore adeo exterritus fuerat, & frigidus horror mēbra eius turbauerat, quòd ſtatim decreuerat quicquid ſolatij, aut voluptatis inter mortales eſſet, relinquere, aliquem locum piorum virorum ingredi, ſe alicui religioni totum addicere, atque Deo conſecrare, & vt multa in pauca conferam, quod iam diu cogitauerat, continuo exequitur, ſanctorum virorū religioni ſe conſecrat, & præter opinionem eorum omnium, qui illum nouerant, in quo nihil pietatis, aut probitatis vnquam viderant, in clauſtro cum piis fratribus viuere perpetuo, vouit. Quid opus pluribus? elegit ſocietatem clariſſimorum fratrum ordinis diui Auguſtini, qui à loco ſo

Socius Lutheri fulmine extinctus.

Lutherus conſecrat ſe ordini fratrum diui Auguſtini.

litario,ac ſeueritate morum vbique terrarum celebrãtur. Initio bene beatéque vixit,& primum annum probationis honeſtè,ac pie in Erfort ciuitate celebri abſoluit, & præterea quatuor annos præclarè,ac ſtudioſè viuendo compleuit. Interea paulatim,ac ſenſim eius fratres ceperunt obſeruare,neſcio quod ſignũ in illo, quod in nemine alio vnquam viderãt, ób quod diuinarant,quod aut morbo caduco, ſiue animi deliquio obnoxius eſſet, aut aliquã ſecretam,& clandeſtinam, ſiue ocultam notitiam cum aliquo maligno ſpiritu haberet.tandem quodã die, cum res diuina,quam miſſam dicimus, cantaretur, & quiſpiam legeret illa verba ſeptimi capitis diui Marci ſurdum, & mutum, in illo ipſo horæ momẽto Martinus pronus ſtatim cecidit in terrã, horribili voce clamans, non ſum ego.quicquid hac de re dicatur,certum eſt in oratione quã publice pronuntiauit illum dixiſſe, malum ſpiritum ſibi, & ſe malo ſpiritui ſatis notum fuiſſe, & plus quàm modium ſalis,id quod veteri prouerbio ſolet dici,cum malo ſpiritu comediſſe. præterea liber quem Martinus ſcripſit de miſſa angulari ſuo vulgari ſermone Saxonico ſatis nobis perſuadet,illum familiariter cum malo ſpiritu locutũ fuiſſe, quod in libro,cuius autorẽ, certum eſt malignum ſpiritum fuiſſe, Lutherus recitat diſputationem quam tempore nocturno cum illo ſpiritu habuit, & quo modo reſtitit,atque repugnauit abolitioni miſſę an-

Lutherus quaſi moribundus cecidit in terram.

Lutherus dixit malum ſpiritũ ſatis ſibi notum,

gularis, id eſt quę clam celebratur, non toto præſenti populo. Ecce nunc optime lector vtilitatem, ac commoditatem huius noui quinti Euangelij, quod noui hęretici, diſcipuli cacodęmonis nō tam nobis afferunt, quam obtrudunt. Nūc age bone lector, tibi ne probabile, aut vereſimile videtur, Ieſum chriſtum voluiſſe ſuum Euangelium publicari, diuulgari, aut prędicari per hominem fanaticum, aut à ſpiritu maligno poſſeſſum? Cæterum hæc forſitam tibi videntur parui momenti, ſed progrediamur vlterius, & clarius videbimus quo progreſſu, hic nouus Euangeliſta vtatur. Sub hoc tempus, vel paulo ante Fredericus dux Saxonię, qui fuit vnus eorum penes quos poteſtas eſt eligendi imperatores, erexerat vniuerſitatem Vitembergę, vnde nata fuit occaſio illuc vocandi, atque alliciendi fratrem Martinū Luderum. Anno domini milleſimo quingenteſimo octauo, vt iuuentutem, ad quam vndique, tum propter ſummam doctoris, vt videbatur, autoritatem, tum propter vrbis, ſiue potius vniuerſitatis nouitatem ingens multitudo confluxerat, pręceptis Philoſophiæ, inſtituerat. Hic nouus doctor, quamuis longè audacior, quam doctior, quod eſt omnium hęreticorum proprium, tribus annis probe, ac ſtudioſè ſuo munere viſus eſt fungi. Interea erant ſeptem monaſteria ordinis diui Auguſtini, quæ neſcio quam ob cauſam nolebant obedire ſuo Vicario generali, qui celebri con-

Vtilitas quinti Euangelij.

Num Deus voluit ſuū Euangeliū diuulgari per hominē fanaticum.

proprium hæreticorū

nentu totius ordinis Germaniȩ fuit electus, atque probatus: eam ob cauſam illi ſeptem conuentus fratrē Martinum Luderum ſuum procuratorem elegerunt, qui Romæ eorum cauſas curaret, omnes lites componeret, atque finiret, propterea, quod eſſet homo in primis ſatis ingenioſus, ſubtilis, promptus, atque animoſus, & non parum in contradictionibus, atque litibus exercitatus. Itaque non multo poſt profectus Romam, ita fœliciter negotia ſua egit, vt cōtinuo præter multorū ſenteutiā lites oēs dirimeret, & inter ſuos pacē multū diu que optatem componeret, tandem confectis negotiis ſuis aliquandiu Romæ moratus, pileum à ſummo pontifice, quo donari ſolēt Cardinales, cupidiſſimé expectabat, quod vbi reſciuerat ſūmus pōtifex reſpondit, rē nō adeo vrgere, & fratrem Martinum habitu diui Auguſtini adhuc contentum debere viuere. Quo audito ille totus inflamatus, & quaſi furiis agitatus, relicta Roma Vitembertgam redit, & laurea Thȩologiȩ ornatur, quod Sleidanus ſcribit factum fuiſſe impenſis Ducis Saxoniæ, verum probabilior eſt eorum ſententia, qui volunt id ſumptibus cuiuſdam ciuis Mitenbertgenſis eueniſſe, rogante multúmque precante generali Vicario diui Auguſtini, qui Martino, dum Vitenbergȩ ſtuderet, omnia quibus opus haberet, abunde ſnppeditarat, cum Duci Saxoniȩ nondum eſſet notus, attamen quicquid ſit, frater Martinus Luderus laurea Thologiæ

Lutherus expectabat ſibi dari pileum à ſummo pontifice.

Lutherus laurea theologiæ donatus.

donatus,fuit valde acutus,& ſubtilis in diſpu-
tando, & publice legendo Vitembergæ, &
tanta cupiditate inanis, ac popularis gloriæ
ductus,& tanquam non contentus publicè
profiteri in ciuitate Vitembergenſi,reuiſit ali-
quando alia loca gratia diſputandi,& ſua the
mata ſibi propoſita defendendi, contra quoſ-
cunque qui diſputaturi eſſent,id quod non ita
pridem Heldebergæ fecerat,vbi celebre nomē
ſibi pepererat, & in ore omni populo fuerat.
Cęterum acciderat ſummum pōtificem Leo-
nem decimum anno domini milleſimo quin-
genteſimo decimo ſeptimo vſum ſua auto-
ritate vniuerſali, quā habet penes omnes pios
viros, qui Chriſto ſua nomina dederant, ple-
nam remiſſionem peccatorum,& quantum ad
pœnam, & quantum ad culpam conceſſiſſe,
modo aliquas pecunias ſecundum ſuam pote-
ſtatem & diuitiarum magnitudinem libenter
darēt. Hinc quæſtio nata eſt,in cuius rei vſum
cederet eiuſmodi pecunia, aliorum alia eſt ſen
tentia,nōnulli volūt illam collectam fuiſſe ad
ædem diui Petri,quæ eſt Romę, perficiēdam,
& complendam,à ſummo Pontifice Iulio ſe-
cundo iam defuncto inchoatam,ſed nondum
finitam, neque completam : pendebant enim
opera adhuc interrupta, minęque, murorum
ingentes non ſine magno ſumptu abſoluēdę,
atque perficiendę: Alij affirmant hanc pecu-
niam datam fuiſſe ad magnum exercitum
contra Turcas comparandum , & ſummum

Summus pontifex vſus ſua autoritate vniuerſali.

pōtificem Leonem decimum iam regem Gallorum,& multos alios principes in opem auxiliúmque vocaſſe,quorum opera, & ſumma induſtria, Iudæa,quæ dicitur terra ſancta, ex eorum manibus eripi potuiſſet. Interim fertur has indulgentias in honorem ſanctæ crucis fuiſſe datas,quarum predicatores, aut publicatores magnam crucem ligneam ferebāt: rubro colore pictam,quam relinquerant, vbi maximus hominū fuit cōuentus.iſtud Nemo non laudauit,vt opus pium, ac magna laude dignum,indulgentias concedere, peccata remittere, & populū ad elargiendas eleemoſynas in pios vſus commouere,atque excitare, ſed illi quorum erat eiuſmodi colligere pecunias, ſuo munere,& officio abuſi multa addiderūnt, quę in ſummi pontificis diplomate non erant.Aliud etiam acceſſit, quod totum ſuſceptum opus,quantumuis pium,ac magni meriti nonnihil perturbauit. Illud fuit,quod ſemper vſu venerat in Germania fratribus diui Auguſtini ordinis predicare,ac publicare communes indulgētias,quotieſcunque à ſummo pontifice miſſę fuerant.Verum princeps Albertus Archiepiſcopus Mogōtiæ,ſancti imperij elector inſtitutus pręcipue in hac re à ſummo pontifice per totam Germaniam ad prędicandas,ac publicandas pręd ictas ſanctę crucis indulgētias, quorumdam conſilio vſus, inſtituit prędicatorem generalem fratrem Ioannem Sterzet ordinis fratrum predicatorum

Erat fratrum Auguſtini ordinis publicare indulgentias.

iudicatũ ab iis ipſis ad hoc munus,& negotiũ ſuſcipiẽdum maxime idoneũ,ob id quod eſſet prędicator maximi nominis,& populo gratiſſimus. Hinc prima mali iabes, hinc repulſam paſſi fratres Auguſtinenſes à prędicatione, & indulgẽtiarũ publicatione, attamẽ ipſe Albertus Archiepiſcopus plus fauerat Auguſtinenſibus,quod nouerat eos valde animoſos,& iniquiſſimo animo iſtud laturos. Sic tota diſcordia,& omne malũ natum eſt,quoniã Auguſtinenſes non potuerant ęquo animo tantũ malum perpeti,atque perferre. Vix igitur hoc audito,continuo dominus Ioannes Staupit Vicarius generalis prędicti ordinis fratrum Auguſtinenſium, cui totum pondus rei potiſſimum,ratione ſui officij incubuit, vir,& multarũ rerũ peritiſſimus,& iræ impatiẽtiſſimus, ſimulque nobili genere natus, quo nemo facũdior,aut eloquẽtior,robuſtior, nec corpore pulchrior,quã ob rẽ gratiſſimus fuit Frederico duci Saxonię, cui ſuaui,& blãdo ſermone ſtatim perſuaſit tales indulgẽtias à ſummo põtifice fuiſſe datas,(nihil eſt tã bene dictũ,aut factũ quin male interpretando, deprauari poſſit)ad exhauriendas atque abſumẽdas oẽs facultates pauperũ, & prędicatores, atque publicatores earumdẽ eſſe ſeductores,populiſque deceptores,qui nihil aliud excogitabãt, atq; intẽdebãt, quã ſpoliis pauperũ, atque imperitorũ hominũ per fraudẽ,& fallaciã ſe ditare,atq; locupletare.Satim hoc audito Dux temere,incõſulte,

Federicus dux Saxoniæ valde temere reprehendit indulgẽntias.

atque inconſyderate miſerrimi adulatoris,qui aliud in ore,aliud clauſum ſub pectore habebat,totus incenſus atque inflammatus cepit faſtidire indulgẽtias,& frater hohannes ſtaupit,vt faciiius negotium ſuum conficeret, ſibi Martinum Lutherum adiunxit, qui vix mentis compos, quod viderat ſuos fratres adeo neglectos,& plane contemptos fuiſſe,ſcripſit vnas literas principi Alberto ſancti imperij electori Archiepiſcopo Magenſe,ęquę datæ fuerũt vltimo die Octobris,anno domini milleſimo quingẽteſimo decimoſeptimo, quibus grauiter conqueſtus eſt, quod illo autore,ac defenſore per totam Germaniam prædicatũ eſſet, propoſita certa fiducia remiſſionum peccatorum in virtutem ac poteſtatem certarum indulgentiarum, & cum his ſimul multa miſit themata,ſiue propoſita, quaſi nonaginta quinque indulgentiarum, purgatorij, officii charitatis,veræ pœnitentiæ,& aliarum rerum, quas propoſitiones prius emiſerat in publicum Vitembertgę,& omnes inuitauerat ad diſputandum promitens quibuſcũque ſe reſponſurum, modo neque doctrina diui Thomæ,neque aliorum doctorum ratio,aut autoritas,quos quęſtionarios vocamus locum haberet. Vix iſtę propoſitiones, ſiue propoſita Luthieri fuere ſcripta, cum eorum rumor ad fratrem Ioannem Thetzet generalem prędicatorem indulgentiarum peruenerat, & cui hac in re commiſſum fuerat totum negotium

Lutherus non potuit pati ſuos fratres negligi.

Lutherus reiicit doctrinam diui Thomæ.

ſummi pontificis, & poteſtas data inquirendi ea quæ ad fidem Catholicam in tota Germania ſpectabant, qui ſtatim ſcripſit, prędicauit, ac publicauit themata, ſibi propoſita Lutheri propoſitionibus cõtradicentia centum & ſex, vnde magna in populo ſecuta eſt ſeditio, quæ fuit initium, & origo plurimorum malorum, quę longe latéque per totam Germaniam diffuſa fuere. Lutherus qui fuit cauſa & autor omnium turbarum, & ſeditionum ope, & auxilio Frederici ducis Saxoniæ vſus, multum abeſt, quod cum fratre Ioanne Thetzer conuenire, aut in gratiam redire voluerat, cum homo improbus, & ſeditioſus, ad Reipub, & fidei Catholicæ interitum natus, illico ſua propoſita in Scola Vitembergæ publice defendenda, & exponenda oſtentauerat. Hæc expoſitio articulorum, ſiue propoſitorum anno domini milleſimo quingenteſimo decimo octauo habita, & ſummo pontifici Leoni decimo dicata, tam bláde, argutéque ſcripta fuit, vt Lutherus omnes auditores ad commiſerationem, ac mirificam pietatem erga ſe facillime alliceret, atque pertraheret, ſanctiſſime affirmans quicquid ſcripſerat, aut docuerat, id omne aduerſariorum, & inimicorum importunitate ſe læſum, & laceſſitum feciſſe, & nihil omnino ſibi charius aut gratius pace, concordia, & animarum ſalute, & vt aliquod ſpecimẽ amoris, quo proſequebatur ſummum pontificem apertius declararet, ſic aſtute ille venenoſus ſerpens ſuã

Lutherus ſubiicit ſe ſummo pontifici.

orationem exorditur, & ficto pectore fatur. Beatiſſime pater proſternor,atque pedibus tuę ſanctitatis aduoluor,quicquid ſum,tibi totum offero,atque dedo, me ad vitam reuoca, occide,voca,reuoca,approba,reproba, vt placuerit:vocem tuam vocem Chriſti in te pręſidentis,& loquentis agnoſcam,ſi dignus ſum morte,nõ recuſo mori. Verum Lutherus hæc omnia blande,& aſtute locutus eſt, vt dum ſummus pontifex ſaluti Eccleſiæ minus intentus eſſet, ille miſerrimus,ac ſceleratiſſimus Sycophanta Catholicis ruinam & interitum machinaretur.Sic cum multi docti viri,& gloria diuini ingenij pręditi neſcirent ſibi perſuadere, hominem religioſum quicquam aggredi, aut tentare,quod ad honeſtatem,& vtilitatem Eccleſiæ Catholicæ nõ ſpectare videretur,ſtatim ſefalli,& decipi ab ipſo impio Heretico paſſi ſunt,& partibꝰ Lutheri fauerũt, ita quod omnes Poëte, Oratores,& Rhetores vniuerſitatis Vitembergenſis ſtatim in inimicos Lutheri inuecti fuerunt.Iſta lis,& contentio omnem pietatem,& amorem populi erga pręd ictas indulgẽtias extinxit,& laudẽ atq; honorẽ Thetzet minuit,cuius prædicatio, non ita pridem omnibus Germanis gratiſſima fuit.Quidam docti viri ceperunt ſcribere contra propoſita,ſiue concluſiones Lutheri, inter quos fuerunt magiſter Ioannes Echius doctiſſimus Theologus Germanus, & Silueſter prierates ordinis diui Auguſtini, & magiſter Palatij

Echius,& plures alij docti viri ſcripſerunt contra Lutherum,

ſummi pontificis,omnes viri diuinę eruditionis, Lutherus,vt homo temerarius,audax, & ſibi omnino confidens,reſpondit Echiũ plane delirare,& ineptirę, & abſurda,atque falſa fundamenta ponere,Syluestrum ſe admirari,cuius librũ dixit ſe non intelligere, in quo ne minimum quidẽ ſacrarũ literarũ eſſet,ſed tantũ doctrina diui Thomę refertũ, quã ipſe reiiceret & pro nihilo haberet, eodémq; modo deluſit, cęteros.Tali reſponſo Lutheri audito, rurſus Sylueſter ſcripſit paruum librum de dignitate diui Petri, qua ceteros Apoſtolos antecelluit, cui Lutherus cõtinuo quadã Epiſtola reſpõdit ſibi videri illius libri malignũ ſpiritũ ſiue cacodœmonẽ autorẽ fuiſſe, & quod ſi ſummus pontifex,& Cardinalis in eadem cum Sylueſtro fuiſſent opinione, ſe minime dubitare Romam eſſe ſedem Antichriſt. Iſta impia hereſi Lutheri quotidie altiores radices per totã Germaniam agente, ſummus pontifex plures literas Frederico ducis Saxonię ſcripſit,obſecrans,atque rogans, vt pietatem, amorem,atque religionem,quam olim habuerat,erga Eccleſiam Catholicam,Apoſtolicam,atque Romanam, nunc fide,& moribus exprimeret,atque declararet, quo ſatis re ipſa oſtenderet, modo falſam, peſtiferam, & pernicioſam Lutheri doctrinã impediret. Interim Fredericus duxSaxonię ſatis totũ negotiũ Staupit,&Lutheri intelligẽs cepit tergiuerſari,atq; diſſimulare, neq; quicquã opis,aut auxilii ſummo pontifi-

Dux Saxoniæ nimis fauerat impietati Lutheri.

ci hac in re afferre,quamobrem ſummus pontifex coactus eſt citare Lutherum,vt intra certum diem Romæ compareret, & ſuis propoſitis publice reſponderet. Iſtud non parum Lutherum deterruit, & magnum illi negotiũ faceſſit, ob id ipſe ita ſupplex apud principes effecit,vt tota controuerſia in Germania tranſigeretur. Vniuerſitas Vitembergenſis, quæ non parum peſtiferæ Lutheri doctrinę fauerat,ſummo põtifici vnas literasvigeſimo quinto die mẽſis Septembris datas honorifica ſpecie vſa ſcripſit, quibus miris technis, aſtucii, ac vana ſpei hominem facile credentem eluderet,& ſummo pontifici perſuaderet,Lutherum vſque ad illum pręſentem diẽ nihil prorſus contra Eccleſiam Catholicam tentaſſe, ſed propoſitis quibuſdam pronũciatis more Dialectici probabiliter,ac populariter diſputaſſe, neque hac in re cuiquã iuſtam eſſe cauſam, quandoquidem nihil eſt tam falſum aut incredibile,quodnon dicendo,& diſputando videatur verum,aut probabile. Preterea Lutherus libenter Romam veniret, & non modo rationibus contra ſe afferendis,ibi reſponderet,verum etiam ſe ſupplicem omnibus in rebus, vt par eſt, ſummo pontifici exhiberet, modo debilitas corporis,periculum itineris non impediret,eam ob rem ſupplex rogauit, vt eius ſanctitas iudices Germanie admittere r, à quibus res tota examinetur,atque componatur. Itaque ſummus pontifex à pluribus rogatus,à

Lutherus miris technis eluſit ſummum pontificem,

quibus miſere deceptus,atque deluſus eſt, vt ſe pium,atque humanum hac in re oſtenderet, totũ negotium Caietano cardinali examinandum,atque trãſigendum commiſit, qui hæreticum Lutherum,vt recta ratio poſtularet,puniret. Quarto die poſt ſuum aduentum reuerendus cardinalis Lutherum Auguſte repertũ literis Frederici ducis Saxoniæ,& fide publica imperatoris Maximiliani ſatis munitum, atque defenſum perbenigne,& humaniter recepit,cui ex mãdato ſummi pontificis tria propoſuit, primo quod ſuum peccatum agnoſceret,pœnitentiam ageret,publice fateretur ſe falſo ſcripſiſſe,& predicaſſe,deinde certo promitteret ſe nunquam in poſterum ad eiuſmodi errores,& falſas opiniones rediturum, tandem quandiu viueret ſummopere caueret, ne quid aut ſcriberet,aut predicaret,quod Eccleſiæ Catholicæ pacem,& cõcordiam perturbare poſſit.Lutherus, vt homo peruicaci,atque obſtinato animo continuò reſpondit,ſe nihil ſcripſiſſe,neque predicaſſe contra ſuam conſcientiam, (ô conſcientiam vulpinam, impiã exæcatã,& deuotam peſti futuræ) & ſi nõ ita ſit,obnixe rogauit,vt contrarium,& appoſitũ doceret,Cardinalis vt,erat vir doctiſſimus, & in diſputando ſubtiliſſimus,& in ſacris literis optime verſatus,tum autoritate ſacræ ſcripturæ,tum determinationibus, atque concluſionibus ſanctorum conciliorum, contrarium probare eſt conatus, vnde Lutherus aliquot

Lutherus examinatus à Caietano.

dierum veniam ſibi dari poſtulat, vt quęſtionibus propoſitis reſpondere poſſit. Die autem poſtero rediit ad Cardinalem, & ad quatuor primarios viros imperatoris, & in literis quas manu tenebat, ſic legere cepit. Ego frater Martinus Lutherus ordinis ſancti Auguſtini proteſtor me reuereri, atque amplecti ſanctam Eccleſiam Romanam in omnibus que facio, aut feci, & in iis quæ preterierunt, & futura ſunt: & ſi quid dixi quod Eccleſiæ Catholicæ repugnet, volo & precor id omne irritum, & tanquam non dictum haberi. Ioannes Sleidanus, vt videatur nihil dixiſſe in ſuis commentariis, quod ſpectet ad dãnum, aut detrimentum Lutheri, cui amiciſſimus erat, totam hanc rem geſtam prolixe commemorat, & ſcribit Lutherum literas quas manu tenebat, Cardinali dediſſe, & dixiſſe ſe velle ſubmitti determinationi eorum omnium, qui totam controuerſiam melius nouerant, & non modo iudicio doctorum Theologorum, qui imperio parebant, obedire, vt ſunt doctores Friburgæ, Baſilię, & Louanij, ſed etiam plurimis aliis, qui ſi nõ omnes ſufficerẽt adhuc doctores Theologos facultatis Pariſienſis iudices agnoſceret, quos cælo laudibus ęquauit, tanquam viros optimos, & totius orbis terrarum doctiſſimos. Mox Cardinalis intelligẽs ſibi intẽdi inſidias, aſtutias, atque technas, & ſe à miſerrimo ſycophanta eludi, atque irrideri, prohibuit ne amplius Lutherus ineptiret, aut ad ſe rediret,

Sleidanus hæreticus plurimum fauebat Luthero.

ret, niſi vellet ſui animi ſententiam mutare, & tribus articulis propoſitis reſpondere, quod ſi pergat tergiuerſari, & ita perplexe loqui, minatus eſt ſe ſuo iure, & cenſura Eccleſiaſtica aduerſus illum vſurum eſſe. Nihilominus tamen Cardinalis qui fuit vir probus, & prudens, quamuis comminatus fuerat, noluit cõtra Lutherum nimis ſeuere agere, ſed potius omnibus modis ſtuduit hominem impium & pene perditum lucrifacere, & ad ſanam mentem reuocare. Tertio poſt die qui fuit vigeſimus ſeptimus Octobris quã à Cardinali prohibitus fuerat, ne ad ipſum amplius rediret, ſcripſit Lutherus ſe cognoſcere ſuum errorẽ, & magnam illi habere gratiam, neque quenquam viuere aut ſupereſſe, cui ex animo magis cupiat bene velle quã illi, ſanctiſſime promittens ſe non in poſterum contra Eccleſiam Catholicam, Apoſtolicam, & Romanam peccaturum, modo eius inimici prohibiti eſſent, ne deinceps hac de re quicquam ſcriberent, neque verba facerent, continuo tamen poſtea ille vnas literas ſummo pontifici ſcripſit, quibus oſtendit ſe decreuiſſe quiete, & tranquille voluiſſe perpetuo viuere, ſecundum religionem diui Auguſtini, & Eccleſiæ Catholicæ, niſi Cardinalis Caietanus dediſſet veniam eius inimicis de ipſo male loqui. Tempore tunc ex illo Lutherus cœpit ſcribere librum Auguſtæ vindelicorum, vt ipſe fatetur, quo omnem malam opinionem contra ſe in vulgum ſpar-

Prudens Cardinalis noluit ſeuere agere cõtra Lutherum.

ſam dilueret,& à ſe longe moueret, non tam falſo,quam impudenter, vt mos eſt omnium miſerrimorum Hæreticorum, affirmans Cardinalem ſacræ ſcripturæ ne vnam quidem ſyllabam ſibi vnquam propoſuiſſe, & quãdo voluiſſet,non potuiſſe, cùm omnibus doctis viris clariſſimum atque notiſſimum ſit, ipſo Cardinali neminem illius ſeculi doctiorem fuiſſe, neque in Philoſophia & Theologia,id quod vel me tacente eius ſcripta ſatis oſtendunt, felicius verſatum fuiſſe. Cum iam abeũte Cardinali Lutherus Saxoniam veniſſet, tanquam homo longe ſceleratior,& magis impius,atq; ſuæ ſalutis prorſus immemor,ſui Ducis ad omnem nequitiam ipſnm defendentis familiaritate & autoritate vſus, publicis literis omnes inquiſitores fidei inuitauit, vt Vitembergæ comparerent,& libere diſputarent, fide publica, ne quid damni aut detrimenti paterentur, data,& pręterea hoſpitio,cibo,potúque,ac cæteris ad eorum vitam neceſſariis ſui principis ſumptibus, abunde ſuppeditatis. O fortunatos,nimiúmque fœlices (ſi ſuis bonis vti norint) principes:ô quam miſere ſub ſpecie recti ab inſigni nebulone,ſcelerato Hæretico, horrendo ſycophanta,deteſtando monſtro, princeps alioqui bonus, deluſus eſt,atque decept⁹, quæ fuit origo & multorum cauſas malorum. Ab eiuſmodi monſtris Anglia periit, Scotia proſtrata atque ſepulta, extincta fide Catholica,iacet, Hybernia perpetuo bello, & hæreſi

Cardinalis fuit in omnibus diſciplinis optime verſatus.

Anglorum eſt exhauſta, Flandria in puluerem ac cinerem, partim ab inſanis, ac potis Flãdris ſemper rebellibus, partim ab impiis Hæreticis eſt conuerſa, Germania toties vexata, atque afflicta pene fidem Catholicam ignorat, Gallia vix incolumis, atque ſalua ab hæreſi manet. Tandem imperator Maximilianus mortuus eſt anno domini milleſimo quingẽteſimo decimo nono, tũc Lutherus ſua cornua ſumpſit, (illo autem viuente, hoc teterrimum mõſtrum contra Eccleſiam Catholicam nihil auſus eſt moliri) & mox in ſummum pontificem debacchari cœpit, ſuã hæreſim vbique locorum impune prædicare, & mirum in modum ſuperbire, donec totum negotium commiſſum fuerat principibus, qui ſcirent, quid requireret, aut quamobrem immanis, ac fera beſtia tantopere inſaniret. Illo anno inſtituta fuit diſputatio inter Andream Carloſtadium Archidiaconũ Vvitembergenſem, & dominum doctoré Eckium canonicum Golſtadenſem Lipſiæ quæ eſt vrbs celeberrima Germaniæ. Cum iam dies diſputationis aduẽtaret, qui fuit vigeſimus ſeptimus Iunij, illuc etiam venerat Lutherus, quamuis non rogatus, neque coactus, & vehementer precatus eſt Carloſtadiũ, vt diſputationem contra Eckium ſuſceptam ſibi relinqueret, quod, quia illud dedecori, & ignominiæ maximæ ſibi verti putauit, id fieri poſſe negauit. Hi duo inſani Hæretici Lutherus, & Carloſtadius venerunt Lipſiam, ruſti-

Lutherus defuncto optimo imperatore cœpit in ſummum pontificem impune debacchari.

corum hominum qui ſæpenumero ſunt ſtulti, aut mentis impotes, magna comitante caterua, quam potius diceres fuiſſe turbam hiſtrionũ, ac ſceleratorum nebulonum, quam prudentum virorum conuentum, & duos, aut tres currus libris oneratos ſecum adduci curarũt. Aderat etiam dominus Eckius tantum vno comitatus famulo, dominus Georgius dux Saxoniæ, qui fuit vir optimus ac pientiſſimus admonuit, vt modeſte & honeſte ſe gerant, nemo hac in diſputatione petulantiæ linguæ, aut illoto ſermone vteretur, ſed Deum & veritatem tanquam iudicem ob oculos perpetuo haberent, & maxime cauerent, ne quid contra Eccleſiam Catholicam dicerent. O pientiſſimum principem, & in prima parte cœli locandum, qui honorem, & timorem Dei rebus omnibus quantumuis excellentius facile anteferendum putauit. Initium autem diſputationis fuit de libero arbitrio hominis, & deinde de reliquis atticulis, & acerrime ita diſputantes decem produxere dies. Tandem Carloſtadius cum dedecore & ignominia ſupra quam dici poſſit turpiſſime victus, ac plane proſtratus, atque profligatus clanculum aufugit, quod validiſſimis argumentis domini Echij minime reſpondere potuerat, & Lutherus noluit rem aggredi, niſi tota diſputatio imperitæ multitudinis iudicio ſubmitteretur, quod doctis viris mirum in modum diſplicuit, cum maxima pars multitudinis eſſet ignara, & ſacrarum li-

Georgius dux Saxoniæ ſemper ſedi Apoſtolicæ.

terarum prorſus imperita. Poſtremo omnium cum Luthetus non haberet quo ſe reciperet, aut confugeret, coactus eſt admittere iudices, doctores Pariſienſes, & Erphortenſes. At non multo poſt incœptam diſputationem Lutherus ſupra modum iratus, atque totus inflammatus cępit inſanire, ſibi repugnare, atque aduerſari, & contradicentia ſæpe fateri, vi argumentorum coactus fuerat, & pronuntiata cōcedere contraria illis, quæ in Saxonia publice prædicauerat, & ita decimo die poſt incœptam diſputationem Lutherus turpiter victus, & ſuam miſeram fortunam deflens, atque deteſtans deceſſit, cui ſucceſſit Carloſtadius, qui cum domino Eckio diſputationem illius diei abſoluit, & die proximo qui fuit decim⁹ quintus Iulij diſputationes ſunt abſolutæ, & iudicibus tota controuerſia eſt commiſſa. Dominus Georgius dux Saxoniæ vir clariſſimus, & Eccleſiæ Catholicæ amantiſſimus videns Lutherum impoſtorem callidiſſimum, impudentiſſimum, ac miſerrimum hęreticum fuiſſe, qui homines ſimplices, & incautos, atque imprudentes ſuo veneno facillime infeciſſet, ſtatim illum iuſſit propoſita pœna grauiſſima, niſi pareret, à terris excedere ſuis. Interea Fredericus qui impio, & perdito Luthero fauerat, inciderat in magnum morbum, & Lutherus ad ſuum venenum regreſſus ſcripſit librum quem vocauit Teſſeradecas, & alium de confeſſione peccatorum. Sub idem tempus prin-

Lutherus in diſputādo victus ab Eckio cœpit inſanire.

Lutherus à Georgio Saxoniæ duce pulſus eſt in exilium.

cipes electores conuenerant Francfortam ad eligēdum imperatorem Carolum regem Hiſpaniarum,& Archiducem Auſtrichæ decimū octauum annum agentem elegerunt. Interea Lutherus finxit atque excogitauit omnē modum, quo imperatorem iuuenem egregium, preſtanti corpore natum, rerum adhuc nondum per ætatem peritum,deciperet,& in fraudem illiceret, & vt facilius illud faceret, ſibi equitem hominem Atheon,ſiue impium nomine Vlrich Hutren,qui ſcripſerat librum ſub titulo Trinitatis Romanæ.Tandem ambo illi inierānt conſilium,quo principem,adoleſcentem blāditiis,& omnibus facetiis in ſuam ſententiam pellicerent, & à ſummo pontifice atque à fide Catholica, quod flagitium maximū Deus optimus maximus auerterat,abſtraherāt, & penitus alienaueret. His rebus initium fuit inueniendum,contra ſummum pontificem & cæteros principes viros,qui Eccleſiæ Catholicæ præſunt, libros omni ignominia, infamia, dedecore,cōtumelia,macula,nota, opprobrio oppletos atque refertos ſcripſerunt.Lutherus vnas,atque alteras literas imperatori ſcripſit, miram ſpeciem pietatis,atque humilitatis referentes: Ad hæc librum ex multis libris & ſcriptis hæreticorum excerptum,atque compoſitum, etiā imperatori Germaniæque principibus dicauit, in quo meminerat omnium iniuriarum, contumeliarum, inſidiarum, ac cæterorum malorum, quæ vnquam ſummi

Impius Lutherus omnibus modis ſtuduit iuuenem imperatorē aſtutia, & calliditate fallere, & in ſuā ſententiā trahere.

pontifices, contra imperatores, & Germaniæ principes, aut fecerant, aut excogitauerant, vt inimicitias, lites, atque diſcordias inter ſummũ pontificem, & imperatorem, & cæteros principes ſeminaret, atque foueret. Deinde ſancta decreta, & omnes libros, qui videbantur, contra ſe agere, aut ſibi negotium faceſſere Vulcano dicauit. Præterea ſcripſit etiam librum, quem voluit dici de captiuitate Babilonica, qui eſt execrati onibus, maledictis, conuiciis, probris, contumeliis refertus, (Iam diu aliquam cauſam quærebat, quamobrem contra ſummum pontificem aliquod inſigne facinus moliretur) quæ cauſa fuit cur à ſummo pontifice Leone decimo hæreticus habitus, atque declaratus fuerat, & ſic Lutherus cũ debuiſſet maxime reſipiſcere, & errores ſuos aggnoſcere, ſi inſtinctu afflatúq; diuino mot' fuiſſet, lõge obſtinatior, pertinacior, ac ſæuior cœpit eſſe, & cõtra bullá ſummi põtificis, qua excommunicatus fuerat, ſcripſit librum, quem nominauit, aduerſus exæcrabilem ante Chriſti bullam. Imperator Carolus quintus, qui fuit rex maxime Catholicus, princeps piẽtiſſimus, nemini virtute ſecũdus, cuius pietatem, ac mirificam probitatẽ omnibus in rebus egregius ille Philippus, maximus Heros, rex Hiſpaniarum iuuictiſſimus, fide Catholicæ propugnagnator acerrimus, nihil vnquam contra Eccleſiam Catholicam, Apoſtolicam, atque Romanã impiis hæreticis cõcedens, miris modis

Lutherus à ſummo pontifice pro hæretico habitus.

Inſignis & mirificà pietas Philippi regis Hiſpaniarum.

exprimit,atque declarat,curauit libros Lutheri tanquam peſſimi,ſceleratiſſimi, atque obſtinatiſſimi hæretici, ardentibus flammis abſumi. Id primum factum eſt in vrbibus Brabantiæ, quod multum diſplicuit Frederico ducis Saxoniæ,qui omnibus modis conatus fuit perſuadere imperatori Lutherum eſſe virum optimum, & optime,atque ſanctiſſime prædicare, ac (vt in prouerbio eſt)ne ſutor vltra crepidam.Imperator qui fuit adoleſcens pientiſſimus, & ſanctiſſime educatus,atque fidei Catholicæ amantiſſimus,& aſtutiam, atque caliditatem hæreticorum Probe nouerat, anno domini milleſimo quingenteſimo vigeſimo primo fecit conuocari omnes Germaniæ principes, vt Vvurmaciæ, quæ eſt ciuitas imperij comparerent,decimo ſexto die Ianuarij,ac primum omnium ſtatuit ſummi pontificis oratores, Morin, Caractior Hieronymum,Alexandrum audire, qui ex libro Lutheri quem de captiuitate Babilonica nominauerat, quadraginta articulos,qui hæreſim ſaperent colligerant,quos coram omnibus imperij principibus publice legebant, quorum aliquos licet hic commemorare, quod in Eccleſia Catholica non ſint ſeptem ſacramenta, ſed tantũ tria,Baptiſmus, ſancta Cœna, & pœnitentia. Qua noua doctrina horrenda,& peſtifera audita, continuo boni principes mirum in modum fuerunt commoti, & tanta inflammati, atque perciti ira,vt Lutheri fautores,& Fre-

Nunquam non laudanda ſumma probitas Caroli quinti erga fidem Catholicã.

Horrenda & peſtifera doctrina Lutheri,

dericus dux Saxoniæ non parum ſibi timuerant, & Fredericus, vt principum odiũ, & ira, atque malam de ſe cóceptam opinionem vitaret, negauit illorum articulorũ Lutherũ fuiſſe authoré. Lutherus vocatus fuit, & fide publica imperatoris data, decimo ſexto die Martij vir præclarus qui in numero fecialiũ haberi ſolet. Gaſparſturmes miſſus fuit Vitembertgam, qui Lutherum adduceret, & rebus omnibus ſumptũ ſuggereret. Receptis literis imperatoris Lutherus comitiis principum adeſſe decreuit, & curriculum ſecundum formam vehiculi penſilis ſibi parauit, & plurimorum doctorum virorum ingenti comitante caterua venit, in quibus fuit vnus nomine Ionas præfectus Eccleſiæ omniũ ſanctorũ, quá erexerat non ita pridem Fredericus Vitembergę, per quæcunque itinerat ſiue loca venerat Lutherus, maximus fit omnium hominum videndi cauſa concurſus, ex agris, vicis, pagis, & omnibus denique ex humilibus caſis. tantæ admirationi fuit omnibus illud horrẽdum, & peſtiferam monſtrum, quod fuit in ore omni populo. Itaque diuerſoriũ quodcunque Martinus ingreſſus fuerat, (tanta eſt leuitas, inconſtantia, atque ſtultitia vulgi) allatum eſt vndique vinum, totos dies maxima cum hilaritate, voluptate, laſciuia, riſu, atque ioco, vt ſunt Germani multum dediti vino, more etiá Germanico potabatur, ita quod cum accumberẽt menſis ſatis ſobrii videbantur, at poſtquã ſur-

Dedicerat Lutherus melius in taberna ſaltare & cantare, quam in monaſterio viuere.

rexerant, neque pes, neque manus, & multo minus mens ipſa ſuo munere, & officio eſt functa, ita vt alter alterius ope, & auxilio ad recte incedendum egeret. Præterea, vt eiuſmodi conuiuiis nihil voluptatis deeſſe poſſit, eorum qui erant artis Muſicæ periti, alii cantabant, alii inſtrumenta Muſica pulſabant, nonnulli leui pede ſaltabant, aut plauſum ingeminabant. Sæpenumero ipſe Lutherus affectus animorum cithara mouebat. Aurata, & ita blando ſermone, & dulcedine cantus omnium hominum ora in ſe vnum conuerterat, vt diceres nouum Orpheum fuiſſe renatum, aut inſanum Bacchum ſpoliis Orientis onuſtum per Germaniam reuerſum. Qui aderant maxime obſtupuerũt, & attoniti ſunt omnes, ſtatim frigida calor oſſa reliquit, quod viderant Lutherum monſtrum inauditum, monachorum veſte adhuc indutum, capite raſo more religioſorum virorum ordinis diui Auguſtini, qui nunquam prius viſi fuerant iu campis, cum tanta hominum pompa impune vagari, publice cantare, atque ſaltare, & maxime omnium more hiſtrionum in publica taberna calices haurire fœcundos. Imperator admonitus de horrenda & peſtifera Lutheri doctrina omnino prohibuerat, ne prius vſquam ille prædicaret, quam ad ſe veniſſet, nihilominus, vt eſt mos omnium hæreticorum nulli obedire principi, neminem ſuperiorem agnoſcere, pro ſua libidine & inſania omnia confun-

Ante tempora Lutheri nemo viderat monachum in taberna ſaltare & cãtare.

dere,diuina humanáque permiſcere, ſibi tantũ obſequi. Die Dominico proximo poſt Paſcha Martinus prędicauit Exford, vbi ſuas hæreſes vbique gentium ſeminauit. Tandem Lutherus cum veniſſet Vvormaciam ſexto die Aprilis,vbi in hoſpitium Rhodienſum eſt receptus. Die proximo ad imperatorem eſt deductus,cuius orator Ioannes Eckius magnus officialis Archiepiſcopus Triuerenſis ita verbis Lutherum compellat amicis: Martine Luthere à ſacra maieſtate imperatoris vocaris duas ob cauſas, vna eſt,an velis iſtos libros fateri eſſe tuos, Altera eſt,an velis defendere omnia quæ ſunt in illis,quo audito illico maximo timore perculſus, totúſque attonitus obſtupuit Lutherus, pallida ſanguis ora reliquit, prorſus incertus erat an tutius eſſet tacere,quã temere,& imprudenter loqui. Propterea reſpondit Hieronymus Schurf doctor legũ, qui cum Martino venerat, & iuſſit librorum titulos recitari,deinde reſpõdit Lutherus, quod factum eſt infectũ eſſe non poſſe,tum demum confeſſus eſt illos libros eſſe ſuos, ſed ſupplex rogauit ſibi dari tempus,vt poſſet iis quę contra ſe obiici poſſent,reſpondere,quod libenter illi eſt conceſſum. Die proximo Lutherus habuit orationẽ, qua primum ſe excuſauit, dein de differentiam inter ſuos libros poſuit,quorum alios ad doctrinam,alios ad bonos mores ſpectare volebat,& tam in iis qui ſunt doctrinæ,quam in illis qni ad mores referũtur, nihil

Lutherus vocatus ab imperatore ſtatim obticuit.

recantare,neque recognoſcere dignatus eſt, ſed tanquam re bene geſta, in iis omnibus nihil ſe peccaſſe,aut erraſſe arroganter,& pertinaciter cõtendit, & adeo ambigue,obſcure,atque perplexe,& intricate eſt locutus, vt omnibus auditoribus maximam moleſtiam, & faſtidium pareret, diſcordiam inter principes foueret, bellum excitaret, & vix aut ne vix quidem, vt mos eſt in eiuſmodi rebus aſtutiſſimorum hæreticorum, à quoquam intelligi potuerat, & iam conſiliarij abituri omnes ſurrexerant, & præceperant,vt poſtero die cætera dicturus adeſſet,qui fuit dies dominicus ſecundus poſt Paſcha,quo quidẽ die optimus imperator miſit literas propria manu ſcriptas omnibus imperij principibus,quibus oſtendit more ſuorũ maiorum ſe velle viuere, Eccleſiam Catholicam deffendere,atque protegere, & præcepit contra Lutherum nefandum, & deteſtandum monſtrum agendum eſſe,tanquam contra notum, obſtinatum, inſignem,infamem,contumacem,atque pertinacem hæreticum. Principes omnibus modis tentarunt, vt Lutherus palinodiam caneret,errorẽs ſuos agnoſceret, ad Eccleſiam Catholicam,Apoſtolicam, atque Romanam extra quam nulla eſt ſalus expectanda,quam ocyſſime rediret, heu labor irritus omnis,nihil eſt ineptius homine inſano,& potiſſimum à maligno ſpiritu poſſeſſo,qui nihil recte fieri putat,niſi quod ipſe facit.Tandẽ Lutherus ingentem gratiam habuit omnibus

Pius imperator ſignificauit omnibus Germanis viuẽdum eſſe more maiorum.

principibus quod erga ſe tanta humanitate, & inſigni pietate vſi fuiſſent,& promiſit ſe recepturum omnia concilia,præter conciliũ Conſtantienſe. In quo Ioannes Hus erat condemnatus,& pro hæretico combuſtus,& quod defenderet eoſdẽ articulos magna ex parte,quos ille,in cæteris ſanctè promiſit ſe imperatori,& imperij principibus libenter obtemperaturũ. Imperator Lutheri impietate ſumma cum inconſtantia,ac ſcelere coniuncta ſatis cognita, illi præcepit,vt intra vigeſimum quintum diẽ diſcederet, id quod quamuis inuitus, tandem fecit.Nam vigeſimo ſexto die Aprilis,qui erat dies veneris fide publica data reliquit Vormaciam,die autem octauo menſis Maii proximo imperator Lutherum in exilium pepulit, omnium ſuarum terrarum finibus excedere iuſſit, & vbicunque terrarum eſſet,arripi,& ſibi tradi,atque eius libros flammis ardentibus tolli pręcepit,atque ſub pœna mortis, ne amplius imprimerentur,aut alicubi venderentur,mandauit edictum imperatoris non parum turbauit Fredericum ducem Saxoniæ,qui Lutherũ, vt eſſet in maiori ſecuritate miſit in Caſtellũ Alſtat, vbi ipſe adhuc multos alios libros ſcripſit,qui peruenerunt vſque ad manus Henrici octaui regis Angliæ, qui ſtatim ſumpto calamo ſcripſit contra Lutherum, & eius ſcripta mira arte refutauit; ſed maxime omnium incredibili inflammatus amore contra impium hæreticum defendit,& clariſſime ac veriſſime

Lutherus, vt pertinax hæreticus pulſus eſt in exiliũ quod in maximis malis dicitur.

Henricus octauus rex Anglorũ ſcripſit cõtra Lutherum.

ſepté ſacraméta eſſe oſtédit,& initio ſui libri ſe fidei Catholicę propugnatorem eſt profeſſus, ſed poſteacum ille rex iam ſenuerat,& regina eius vxor fœmina probiſſima, ac pientiſſima per ætatem amplius vix parere potuerat, animi ſui (proh dolor quot mala paras hominibus incautis corporis tu fœda voluptas) ſententiam ſtatim mutauit, & qui fuit iam dudú amicifsimus Eccleſiæ Catholicę, Apoſtolicę, atque romanæ, repente factus eſt inimicifsimus, propterea quod ſummus pontifex non illi conceſsit veniam repudiádi immiſericorditer, & impie ſuam vxorem piam, & legitimam,cum qua viginti,& quatuor annis,vt fama ferebat,quiete,tranquille,honeſte, & ſancte vixerat,& ex qua iam plures liberos procreauerat,& aliam ducere,quod nefas erat, & morte piandum.qua ex re primum in Anglia Schiſma natum eſt,& ſtatim hæreſes eſt ſecuta,quæ Scotiam perdidit,Hyberniam vexauit, Galliam turbauit,Flandriam à ſuo rege aliena nauit,& vt vno verbo dicam,totam Europam infecit,ſed ad rem redeo. Lutherus reſpondit regi his verbis,diuinam maieſtatem pro ſe facere,propterea minime ſe curare, ſi mille Auguſtini , mille Cypriani,mille Eccleſiæ regis Henrici cotra ſe ſurgant.Quis eſt iſte(inquit) rex tam puſili, & anguſti animi,qui ſuis mendaciis vult nos ſummo pótifici ſubiectos eſſe multas alias ineptias, & dicteria contra regem Angliæ ſcripſit? Et mox deinde libri Lutheri

Rex Anglorum repudiauit vxorem ſuã legitimam, qua adhuc viuente genuit Elizabetham.

Schiſma primum in Anglia natum eſt, & deinde ſecuta eſt hæreſis.

in nobilium matronarum manus venerunt, quæ inter ſe de variis, & difficilibus quæſtionibus diſputare cœperunt, quarum mox vna matrona nobilis,quæ volebat videri paulo doctor cæteris Argula publice munus prædicandi ſuſcepit. Idem audiuimus non ita pridem factum fuiſſe in Scotia: quædam ibi mulier paulo audacior quam par erat,vrbis Edinburgi,cœperat cęteris matronis prędicare quid dico prędicare? imo etiam peccantibus, & quinti Euangelij nunquam prius auditi legem violãtibus,grauem, & acerbam pœnam iniungere,ſed cum quædam illarum quæ peccauerat,neque obedire præceptis quinti Euan geli vellet,& negaret mulierem eſſe caput Eccleſiæ,Quod eſt facinus indignum apud Anglos,& morte piandum,neque debere publice verbum Dei prædicare: citans iſta verba diui Pauli, quæ ſcribuntur decimo quarto capite primæ ad Corinthios, mulieres in Eccleſiis taceant, non enim permittimus eis loqui. ſed ſubditas eſſe.ſtultiſſima (inquit illa)& impudentiſſima es mulier: Chriſtus ne poteſtatem docendi,aut prædicandi dęderat ſuæ matri?aut illam caput Eccleſiæ conſtituerat?Pręterea Chriſtus ad ſuum patrem hinc abiturus non cõmiſit poteſtatẽ Eccleſiæ ſuæ chariſſimæ matri virgini Mariæ,ſed diuo Petro,vt ſcribitur vltimo capite diui Ioãnis,cui ter dixit,Petre paſce oues meas, quẽ caput omnium diſcipulorum cõſtituit.Audiamus(inquit illa) ver-

Duæ mulieres cœperunt prædicare,vna in Germania,& altera in Scotia.

Quædam mulieres Scotię,quæ nolebant obedire ſuæ prędicatrici negabãt mulierem debere prędicare, vel eſſe caput Eccleſię, idque ex verbis diui Pauli.

ba diui Chriſoſtomi explicãtis hunc locũ. Pręteriẽs autẽ dominus alios, Petro de talibus loquitur: eximius enim Apoſtolorum erat Petrus: & os diſcipulorum & vertex collegij. Poſtremo hoc, illa addidit, quod maxime turbauit illam nouam miniſtram quæ recens ab inferis, à maligno ſpiritu Miſſa prodierat. Scribit diuus Cyprianus epiſtola quinquageſima quinta iſta verba: neque enim aliũde hæreſes obortæ ſunt aut nata ſunt ſchiſmata, quã inde, quod ſacerdoti Dei non obtemperatur, nec vnus in Eccleſia ad tempus ſacerdos, & ad tempus iudex vice Chriſti cogitatur. Hoc audito iſta noua miniſtra quinti Euangelij non eſt cauſa amplius prædicare. Aliqui dicunt iſtã effrontem mulierem fuiſſe vxorem cuiuſdam Iuriſperiti, qui forſitan tria vocabula juris nouerat, quæ inter indoctos & imperitos viros aliquando ſolitus erat proponere. Lutherus, vt maiori admirationi eſſet omni populo, cœpit aggredi nouum genus prædicandi, quo conatus eſt omnibus ſuadere à temporibus Apoſtolorum, vſque ad ſua tempora veritatẽ abditam, & occultam ſemper fuiſſe, hoc eſt vſque ad annum milleſimum quinquageſimum vigeſimum tertium, quo ſuam hæreſim ſeminare cœpit. Statim poſtea Lutherus tranſtulit Biblia in linguam Germanicam, & eorũ magnum numerũ imprimi curauit, ſed rex Ferdinandus dux Autrichæ frater imperatoris, & Vicarius eiuſdẽ cum cæteris principibus Catholicis

Eximius Apoſtolorum fuit diuus Petrus.

Natæ ſunt hæreſes, quia non obtẽperantur vni ſacerdoti, qui vice Chriſti eſt in Eccleſia.

Lutherus tranſtulit Biblia, ſed non ſine infinitis erroribus,

tholicis præcepit, omnes libros Lutheri iniici in ignem, quamobtem mirum in modum irritatus Martinus cœpit imperatori cæterisque principibus tanquam de inimicis acerbiſſimis imprecari, & mox plurimi Catholici doctores contra mēdacia, & ineptias Lutheri amore Dei non parum inflammati ſcripſeru[n]t, inter quos fuerunt viri clariſſimi Ioannes Eckius, Thomas Murner, Ioānes Diemberg, qui octin gentis, & ſeptem mendaciis, & aliis erroribus maximis conuicit Lutherum. Inter hos fuerūt etiam Ioannes Fiſcher Epiſcopus Roceſtrenſis, & Thomas morus Angli, viri doctiſſimi, & ſapientiſſimi, qui pro fide Catholica poſtea occubuere, ſed Lutherus tanquam cæcus, aut nihil plane videns, aut potius omnis rationis expers, & furiis agitatus iniquis reſpondit omnes ſanctos patres erraſſe, & totam Eccleſiam deliraſſe, id quod nunc ſceleratiſſimi, & impudentiſſimi hæretici noſtri temporis ſine probatione clamitant, ſed doctrinā ſuā non poſſe errare, quia certiſſimus ſum (inquit ille) meā doctrinam non eſſe meam, ſed eſſe Ieſu Chriſti. Ecce quomodo reſpondit Lutherus Henrico regi Anglorum, ædequans ſe Ieſu Chriſto vnico filio eterni Dei patris. O temeritatem inauditam, impudentiam non ferendam, dementiam extremam, & à nemine, qui ſe totum Chriſto conſecrauit tolerabilem. Præterea Ioannes Cocleus vir doctiſſimus etiam ſcripſit vnum librum contra Lutherum de gratia ſa-

Thomas morus, & Ioannes Fiſcher qui poſtea pro defenſione fidei Catholicæ fuerunt interfecti ſcripſerunt contra Lutherum.

Inſania Lutheri adęquātis ſuas nugas, & mendacia verbis Ieſu

cramentorum, & alterum de baptiſmo paruulorum, Lutherus primo libro vix perlecto ſcripſit Epiſtolam, qua ipſe & eius ſocius Neſenus tot dicteriis, ludis, atque iocis perſtrinxerunt pium, & doctum virum, quot meminiſſe pudet pigetque referre. Iſte bonus Neſenus aliquo die dum ambularet prope Fluuiũ Albin, qui alluit Vuitembertgam ſe ſubmerſit, cuius miſerrima morte mirum in modum cõmotus Lutherus ſuis orationibus, & execrationibus tentauit hominem mortuum excitare, & ab inferis, atque aſtygia palude ad vitam reuocare, ſed oleum, & operam perdidit. Interim pluribus aliis iniuriis Lutherus onerauit probum, & pium virum, exclamans illum raſorũ monachorum protectorem, ac defenſorẽ eſſe, aduerſus quem Cocleus ſcripſit librum, quem nominauit aduerſus Minotaurum cucullatum Ioannes Cocleus de ſacramẽtorum gratia iterum. Occaſio huius tituli fuit eiuſmodi: in finibus ſiue terminis Vuitẽbertgæ, non ita pridem vacca pepererat horridum monſtrum id eſt vitulum, cuius caput erat carneum, & depilatum, & videbatur cuculla Lutheri indutum, & hoc videtur factum fuiſſe Deo permittente, vt abominatio, & impietas Lutheri omnibus eſſet nota, & ita omnes docti viri hanc rem ſunt interpretati impius ille Lutherus, vt ſuperaret populum ab vnitate, & concordia atque pace Eccleſiæ, ſcripſit librum ceremoniarum Eccleſiarum, vbi nulla in re mutauit

Lutherus voluit ſuũ ſocium mortuum ab inferis reuocare vitam

Vacca peperit vitulum cuculla Lutheri indutum.

veſtimenta vſitata,& conſueta ſacerdotum in Eccleſia Romana, ſed tantum ſuſtulit memoriam defunctorum audaciſſimus ſycophanta ex canone Miſſæ, & Epiſtolam,& Euãgelium in lingua Germanica reliquit, omnes imagines etiam fregit,exceptis illis quæ memoriam mortis,& paſſionis Ieſu Chriſti referũt, etiam feſtos dies ſanctorum ex Calendario amouit, & cæremonias pro baptiſmo, & matrimonio nouas Inſtituit. Quendã impiũ hæreticũ Leonardum Roppen quod ſancta hebdomada, quę proxime antecedit fèſtum Paſchę,nouem religioſas fœminas,Deo dicatas, nobili genere natas,ex quodam Monaſterio rapuerat, & Vvitẽbergam vi abduxerat, quod horrendũ, & indignum auditu facinus fuit,Lutherus magnopere laudauit,& duobus poſt annis Frederico iam mortuo, cum vna illarum Catharina bore publice eſt ſcortatus, quam vxorem vocauit,& hoc inſignis ſcortator prętexit nomine culpam.Certum eſt illum ſycophantam, & horrendum monſtrum non potuiſſe ducere vxorem, cum matrimonium ſit legitimarum perſonarum,ſed illa non erat legitima perſona ad contrahendum matrimonium,cum iam ſacerdos eſſet,& caſtitatem vouiſſet,& ſatis ſit notum omnibus eum qui vouerit caſtitatem oportuiſſe caſte viuere,teſtante ſacra ſcriptura Pſalmo ſeptugeſimo quinto. Vouete, & reddite domino Deo veſtro.Et Eccleſiaſtæ quinto capite.Si quid vouiſti Deo, ne moreris red-

Lutherus ex Canone Miſſæ ſuſtulit memoriã defunctorum, & ex Calendario dies feſtos ſanctorum.

Frederico iã mortuo, qui defenderàt Lutheranos ipſe Lutherus cum religioſa muliere cœpit publice ſcortari.

Teſtante ſacra ſcriptura ſacerdotes non poſſunt ducere vxorẽ, ſed tantũ ſcortantur,

dere. Iſta bella Catherina quãdiu vixit Vvitébergæ inter ſcolaſticos vagabatur, vt Hieroſolimorum aſina, quæ erat ad omnium vſum communis. Interea cum celebrarentur conuocationes ſtatuum, magiſter Franciſcus Sicking qui Luthero, & Lutherianis fauebat, motus, & incitatus ab Oecolãpadio, & Buccero monachis apoſtatis Lutherianis, (eiuſmodi non paucas ſycophantas nunc habet miſerrima Scotia, quæ eſt iam ſine Deo, ſine rege, & ſine lege) qui multo ante, quam Lutherus eorum magiſter, & dominus, cucullam reliquerant, religionem ſpreuerant, cœpit ſub prætextu noui Euangelii, Eccleſiarum bona rapere, & etiam Lutherus huic rei facem ardẽtem addidit. Ordinauit enim ac promulgauit leges ciuiles omnino nouas, neque vnquam prius auditas, neque cuiquam notas, quibus licere ſibi, & ſuis bona, & fructus monaſteriorum rapere perſuaſit, & populum ruſticum, inconſtãtem ſemper varium, ac mutabilem, vulgumqne imperitum belluam multorum capitum, & ſeruos contra dominos naturæ lege penitus violata, quibus ſubiecti eſſe debent, ad arma vocauit, & ſic natum eſt ruſticum bellum, in quo pene infinita millia hominum nõ tam ſtultitia, quã inſania Lutheri miſerrime perire. At illius belli glorioſa victoria, quam Antonius dux Lotharingiæ, & eius frater Claudius dux Guiſiæ ſunt conſecuti, eſt ſatis nota, qui ex illis ruſticis, inſanis nebulonibus mille, & quingentos

Ruſticum bellum authore Luthero excitatum eſt, in quo multa millia hominum periere.

interfecerunt, verum Gallorum hiſtoriæ volunt in illa pugna viginti ſex millia ruſticorũ interiiſſe. Omnes ciuitates Germaniæ hæreſi Lutheri aut infectæ, aut extinctæ fuere, facultates Theologiæ, & omnes aliæ diſciplinæ in Germania præter grammaticam rudem & inchoatam, cuius notitiam, & peritiam Lutherus affirmabat ſufficere ad ſacram ſcripturam intelligendam, pene periere. Conradus homo doctus ſcribit ducenta nonaginta, & tria monaſteria, loca valida, & bene munita ſub prætextu quinti Euangelii Lutheri, & ſeditione, atque inſania populari euerſa, atque ſpoliata fuiſſe. Anno domini milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſexto mandato imperatoris principes & conſiliarii imperii ſpiram vocati fuere ad conſulendum de militibus in Hũgariam contra Turcas mittẽdis, & quia plurimi principes Lutheri hæreſi infecti erant, hac de re eum conſuluerunt, quid in hac re potiſſimum agendum, quidue ſequendum eſſet, quibus falſo, & impie ſtatim perſuaſit ſecundũ quintum ſuum Euangelium contra Turcas, iis qui iam dederant ſua nomina Chriſto, non licere pugnare, & hoc modo Rex Hungariæ deſtitutus omni ope, & auxilio Germanorum vitam, & regnum amiſit. Deiectus enim ab equo dum fugeret hoſtes (proh dolor) periit in palude ſubmerſus. Ecce fructum, & vtilitatem Quinti Euangelii: hinc miſerorũ hæreticorũ fraudes, hinc aſtutias, & dolos pluſquam cacode-

Tota fere Germania hereſi Lutheri fuit miſera.

Ducenta nonaginta, & tria monaſteria ſub pratextu quinti Euangelij euerſa fuere.

Authore Luthero Hungria fuit amiſſa, & Rex à Turcis miſerrime interfectus.

Ecce fructum quinti Euangelij.

monis videre licet. Anno domini milleſimo quingenteſimo vigeſimo nono iuſſu imperatoris conuocati ſunt omnes principes Auguſtani, vt de iis ageretur, quæ ad ſanctam religionem ſpectarent, deinde poſt longam diſputationem peſtiferæ doctrinæ Lutheri concluſum eſt, decimo nono die Nouembris, omnes debere viuere ſecundum antiquam religionem, quæ eſt vera, ſyncera, & Catholica, atque Romana, cui omnes tandem acquieuerunt. At hoc intellecto miſerrimus hæreticus Lutherus, vt beſtia omnis rationis expers, cuius corpus malignus ſpiritus pro organo, atque inſtrumento totum poſſiderat, illico cœpit inſanire, & duos libros edidit, vnum quē ſcripſit hoc nomine quaſi glorioſa imperialis errare non potuiſſet, Alter erat, quo ſuos chariſſimos Germanos admoneret, vt ſuæ ſalutis ſint memores. Primo libro ita locutus eſt: ego doctor Martinus Lutherus Euangelij indignus domini noſtri Ieſu Chriſti dico, ſi imperator Romanorum, Imperator Turcarum, Imperator Tartarorum, imperator Perſarum, Papa etiam ipſe, omnes Cardinales, Epiſcopi, Preſbyteri, Monachi, reges, Principes, Magiſtri, totus denique mundus cū omnibus malignis ſpiritibus, quamuis contenderent, atque certarent omnibus ſuis viribus, atque virtutibus ad deſtruendum hunc articulum, nec quidem profecturos Hilū, qui eſt eiuſmodi, fides ſine operibus iuſtificat hominem coram Deo, & qui

Ecce ſuperbiam, & inſaniam beſtiæ non hominis.

Lutherus contra ſacram ſcripturā vult per fidem ſine bonis operibus iuſtificari hominem.

negat hunc articulum eſſe verum, debere perpetuo inferorum igne ſine miſericordia comburi. Ecce ſuperbiſſimum hæreticum, qui pręfert, ſuam ſententiam, ſententię, & iudicio omnium piorũ virorum, & qui apertiſſimæ repugnat ſacræ ſcripturæ, dicẽte diuo Iacobo ſecũdo capite ſuæ Epiſtolæ, vis autem ſcire homo inanis: quoniam fides ſine operibus otioſa eſt: Abraham pater noſter ex operibus iuſtificatus eſt, offerens Iſaac filium ſuum, & paulo poſt. Videris, quoniam ex operibus iuſtificatur homo, & non ex fide tantum. Et diuus Thomas ſuper decimum tertium caput primæ ad Corinthios ita ſcribit: notandũ eſt hic quod etiã fides firma ſine charitate miracula facit. Hæc ille. ſed ſine charitate, & gratia gratũ faciente, quæ eſt comes charitatis, nemo ingreditur ad vitam eternam. Et diuus Paulus videtur ſatis aperte oſtendere fidem quam tantopere extollunt hæretici poſſe eſſe ſine charitate decimo tertio capite primæ ad Corinthios, vbi ita ſcribit (ſi habuero omnem fidem ita vt montes trãsferam, charitatem autem non habuero, nihil ſum, id eſt non ingrediar ad vitam eternã, vel nihil ſum ſecundum eſſe gratiæ. Sed charitas ſaltem in adultis non eſt ſine bonis operibus, quod diuus Paulus in eodem loco ſatis oſtendit, vt doctores aperte declarant, cum loquens de charitate ita ſcribat, charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit quę ſua ſunt, non ir-

His authoritatibus condamnatur impia ſententia Lutheri.

Impius Lutherus videtur ignorare fidem informem, quæ poteſt eſſe cũ peccato mortali, & fidẽ formatam, quæ nunquam eſt ſine charitate & gratia.

ritatur, non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati. Omnia ſuffert, omnia ſperat, omnia ſuſtinet. Scribitur etiam in ſeſſione ſexta Concilij Tridentini, canone vigeſimo octauo his verbis: ſi quis dixerit amiſſa per peccatum gratia, ſimul, & fidẽ ſemper amitti, aut fidẽ quæ remanet non eſſe veram fidem, aut eum qui fidem ſine charitate habet, non eſſe Christianum, anathema ſit. His bene intellectis facile intelligitur Lutherum in hac quæſtione non tam ineptire quam inſanire, cum omnes hæ authoritates, & infinitę aliæ quæ facile afferri poſſunt, abunde oſtendunt fidem ſine operibus ſaltem in adultis nihil prodeſſe ad ſalutem, quod contra Lutherũ omnino facit. Igitur in adultis opus eſt fide que per charitatem operatur de qua ſcribitur quinto capite ad Galathas. Si quis velit ſcribere aut notare omnes errores librorum, & Epiſtolarum, iniurias, calumnias, ſomnia cõmenta, deliramenta, quæ ſeminauit in ſuis ſcriptis, infiniti libri vix ea poſſent continere, atque complecti. Ille millies millena millia corporũ accelerata morte, atque præcoci perdidit, & tot animas æterna morte damnauit, & tamen doctrinæ huius ſceleratiſſimi hæretici libenter ab Anglis eſt recepta, imo quod magis eſt, nemo eſt tam ſceleratus hæreticus modo maledicat Eccleſiæ Catholicæ, & ſummo pontifici, Vicario Chriſti in terris, qui non ſit gratiſſimus illis. Illud horrendum monſtrum tot er-

Non eſt neceſſe hominem, qui per peccatũ amittit gratiam, ſemper amittere fidem.

Lutherus millies millena millia corporum accelerata & precoci morte perdidit.

roribus, & mendaciis totus ſcatet, vt indignũ ſit contra quod aliquis ſcribere debeat, aut nominare audeat. O illum ter quaterque beatum qui nefari Lutheri, & cæterorum hæreticorum hæreſi nunquã infectus fuerat. Nunc ſupereſt vt de morte horrenda iſtius monſtri peſtiferi aliquid dicamus. Sciendum eſt comites Mansfelt, qui ibi habitabant, vbi natus fuit Lutherus, cum de hæreditate, & terminis agrorum ſuorum inter ſe conuenire non potuerant, arbitrum & iudicem admiſiſſe Lutherũ. Itaque Martinus Lutherus data fide ſe facturum quod promiſerat, illuc decimo ſeptimo die Februarij venit, & poſt cœnam ingreſſus eſt cubiculum cum ſua monacha religioſa fœmina Deo dicata, cum qua molliter & ſuauiter ſemper dormire ſolebat, nunquam rurſus egreſſurus. De morte eius non omnes ſcriptores inter ſe conueniunt, aliqui dicunt cum ſurgeret, vt operi naturæ ſatisfaceret, mox cecidiſſe mortuum. Quiſpiam nomine iuſtus ſcribit illum ex dolore ſtomachi interiiſſe. Comites Manfelt libenter volebant illum ſepelire in ſua ditione vbi natus fuerat, ſed dux Saxoniæ volebat illum ſepeliri Vitembertgæ, vbi cum magna pompa frequenti comitante caterua in feretro ſtameo eſt ſepultus. Poſt feretrum eius ſe ita eſt illa bella & egregia Catharina monacha inſignis meretrix, & eius tres filij, Ioannes, Martinus, Paulus, quos populo nunc dextra, nunc ſiniſtra, illa oſtentare ſole-

Lutherus profectus in ſuam patriam cum ſua monacha,

Miſerrima mors impij Lutheri qui veſperi bene potus vt ſcribit Hoſius mane in lecto repertus eſt mortuus,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

bat,ſed vt multa in pauca conferam,vbi ſolenniter eſt ſepultus duæ orationes in eius honorem ſunt habitæ, vna Latino ſermone à Philippo Melancthone, altera lingua vulgari, & populari,qua Ionas iuſtus miris modis Lutheri honores,qui nulli fuere,decantabat. Cæterũ hi ſummi oratores ſuam ſtultitiam, aut potius inſaniam populo oſtenderunt, qua Lutherus ſemper dum viueret pompas funebres mirum in modum damnare ſolebat. Aliquis hęreticus forſitam dicere,poſſet Lutherum fuiſſe virum ſanctum, & tali dignũ fuiſſe honore,ſed non intelligo quæ miracula fecit,dum viueret,Surius ſcribit Lutherum fuiſſe miſerrimum hominem, & maximum ſeductorem pro cuius animæ ſalutæ conſulit neminem debere præces fundere,quod mortuus ſit pertinax,& obſtinatus hæreticus in ſua hæreſi, & impietate. Dominus Hoſius vir pius, & doctus,cui potiſſimum eſt credẽdum ſcribit Lutherum veſpere bęne poſtridie mane repertum fuiſſe in lecto mortuum, cum totos annos vnde recognita magnos in Eccleſia Dei mot⁹ excitaſſet.

Nunc ſequitur, vt de vita & moribus Carloſtadij dicamus.

ANdreas Carloſtadius fuit natus in oppido Frãconiæ,vnde nomen Carloſtad habere videtur. Is variis in ſtudiis bonarum literarum ſe ita exercuit,quod breui multos do-

ctos viros eruditione, & fœlicitate ingenij facile ſuperauit, qua de cauſa cum multis aliis clariſſimis viris,vt iuuentutem Vvitembergę doceret magno propoſito pręmio,à Frederico duce Saxoniæ,qui iam recēs ibi vniuerſitatem inſtituerat,eſt vocatus, & Archidiaconus Eccleſiæ,quæ referebat nomen collegij omnium ſanctorum,quod ille non ita pridem in eadem vniuerſitate fundauerat eſt creatus. Hic Carloſtadius Lutheri, qui clanculum latebat in oppido Alſtat,nondū ab imperatore adhuc in exiliū pulſo amīciſſius,& gratiſſim⁹ fuit. Interea loci,dū abeſſet Lutherus,Carloſtadius initiatus fuit ſacris, & a lbo ſacerdotū annumeratus,ſed mox poſtea continentiæ voto violato, & meretricem,alioqui nobilem fœminam, & claro ſanguine natam,ſub prętextu matrimonij,ſibi adiunxit,quam vxorē (vt mos eſt hæreticorum) vocauit,quæ res maximum gaudiū peperit impiis Lutheranis, qui Miſſam propriam,& peculiarem fecerunt,quam cum maxima ſolennitate die infœlicium nuptiarū eius cantarunt.Initium Miſſæ tale fuit.dixit dominus Deus non eſt bonum hominem eſſe ſolum,faciamus ei adiutorium ſimile ſibi,in oratione,& collecta huius Miſſæ appellarūt hunc inſignem ſcortatorem,beatum Andream Carloſtadium.Paulo ante nuptias (vtor hic verbis hæreticorum) Carloſtadius quendam virum præclarum rogauerat, vt carnem ferinam ad ſe mitteret, ille cadauer aſini detracto corio,

Carloſtadius amiciſsimus fuit Luthero.

Corloſtadius ſacerdos primus apud Germanos, qui publice ſub prætextu matrimonij ſcortari cœpit.

Caaloſtadius curauit fabricari nouam Miſſam in honorē ſuarum infœlicium nuptiarum.

corpore in minutas particulas diuiſo,& in vaſe ſatis apte diſpoſito,in cuius fundo aures & vngues pedum poſiti fuerunt,miſit hic Carloſtadius primus apud Germanos fuit ſacerdos, qui ſub prętextu matrimonii, ſibi iuncta meretrice publice eſt ſcortatus,& omnibus ſacerdotibus hæreticis, Germanis, Gallis, Anglis, Scotis, ac cęteris monſtris, quę nunc publice, & impudenter ſcortantur ad omnem nequitiam, & impudentiam ſacerdotum hęreticorum,qui caſte, & pudice viuere vouerant, latiſſimam aperuit feneſtram. At non ſatis erat huic horrendo,& peſtifero monſtro in his primis principiis hærere,ſed ad lõge maiora progredi. Tantam enim ſocietatem, cognationem & affinitatem inter ſe peccata habent, vt niſi primum quam ocyſſime diluatur,mox ſuo põdere atrahat aliud, & prouerbiorum decimo octauo capite ita ſcribitur, impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit:ſed ſequitur eum ignominia & opprobrium. Hic homo, ſi in hominibus eſt numerandus, vix compos mentis videns ſe placere ſtulto populo qui quauis fœmina eſt leuior, atque inconſtantior, aut potius quouis vento mutabilior, ſtatim cœpit abſente iam Luthero, imagines ſanctorum frangere, & modum celebrandi Miſſam ſiue rem diuinam mutare,& nihil,nõ, quod temere, & inconſiderate in ſtultum ſuũ cerebrum venerat, inſtinctu cacodæmonis tentare. At Lutherus ab exilio VVitembergam

Coloſtadius fuit primus qui docuit omnes ſacerdotes publice ſcortari.

Inſania cũ ſumma impudentia coniuncta Carloſtadij

Impius Carloſtadius primus fuit, qui fregit imagines.

reuerſus, contra Carloſtadium acerrime prædicauit, & illum coram populo validiſſime vicit, atque proſtrauit, non tamen Lutherus mutationem Miſſæ, aut eius abolitionem improbauit, aut damnauit, cum omne malum atque dedecus, qnod ad Eccleſiam Catholicam ſpectaret maxime, & cupidiſſime optaret, ſed quod alio quam ſeipſo authore, quaſi minus recte, neque modo conueniente factum eſſet. grauiſſime reprehendit. Tanta fuit in homine inſaniæ, & popularis gloriæ cupiditas, vt de illo vere potuit dici, Riualem poſſum non ego ferre Iouem. Sic inter eum, & Carloſtadium eo vſque creuere inimicitiæ, & tantas egere radices, vt vterque ſit alteri factus plus quam hæreticus, dum vterque ſuam gloriam ſuperbiſſime quæreret, & Carloſtadius Lutherum qui illum, & ingenio, & doctrina præſtabat, ſibi præferri videret. Igitur Carloſtadius tanta ignominia affectus, maximo dedecore, maculáque turpiſſima notatus, ac prohibitus ne Vvitembertgæ amplius, quæpartibus Lutheri non parum fauebat prædicare auderet. Itaque vrbe relicta coactus eſt cum ſua lepida meretrice diſcedere, alioque ſe conferre. Illinc igitur digreſſus venit Orlamandam, quæ eſt vrbs in ditione Ducis Saxoniæ, vbi contra Lutherum ſcripſit, & totum populum illius ciuitatis in ſuum fauorem, atque ſentẽtiam facile pellexit, eam ob rem ciues tanta pietate prẹditi, & non minori erga

Inſanus Lutherus neque pati potuit parem, neque ſuperiorem.

Carloſtadium Inflãmati amore,ita apud principem precibus egerunt,quod non longo poſt tempore,& ad docendum,& prædicandum re uocatus fuerat. Hæc dũ Vvitẽbertgæ gerũtur, Lutherus miſſus ad prædicandum omnibus ci uitatibus quæ ſunt fluuio, qui Sæla nominatur,vicinę & finitimę,vt ſuis prędicationibus, & aſſiduis laboribus populum ab hæreſi Carloſtadij auerteret, atque ſanaret. At cum Arlomandam veniret Lutherus,ita telis obrutus eſt,ſaxiſq; petitus,vt vix ſaluus euaſerat. Quãobrem Lutherus Vvitembergam reuerſus, ita apud ducem egit,quod Carloſtadius rurſus cũ ſua meretrice ſtatim in exilium fuerat pulſus. Interea dum exularet, ſcripſit Epiſtolam qua amicitiam Lutheri amiſſam,diuque quæſitam ſibi tandem reconciliauit. Cæterum Vvitembertgam reuerſus, tanta ignominia, infamia, contumelia,iniuria, ac omnis turpitudinis macula ita eſt affectus,& à ſingulis prætereuntibus vix etiam à pueris intactus eſt, ac digito notatus,vt præ pudore,atque infamia, ac probro clanculũ aufugeret, & ad villas finitimas atque vicinas ſe conferret, vbi poſtea miſerrimam, atque pauperrimam egit vitam, & ita ex Archidiacono,& doctore Theologo factus eſt agricola,ſed quam ibi miſeriam vidit, & reliquo tempore vitæ,aut terrã fodiebat,aut aratro eam vertebat,aut ſeminabat, aut metebat, ſed quam hæc illi voluptati fuere, qui omniũ rerum ruſticarum rudis,ignarus, atque impe-

Carloſtadius pulſus in exilium.

Prius bellum nunc rurſus pax inter Carloſtadium & Lutherum,

Carloſtadius ex theologo factus eſt agricola

ritus fuerat, alij iudicent, & quod illi fuit omnium miſerrimum, omnibus ſuis vicinis fabulam, & materiam ridendi, atque iocandi abunde præbebat. Hæc fuit miſerabilis finis Andreæ Carloſtadii, hæc Tragedia omnibus hæreticis norāda, hæc miſeria eſt, & vltima mæcta ſcleratiſſimorum, & maxime impiorum hęreticorum, qui Deum cōtemnunt, & eius ſeruos cruciant, & miſericorditer affligunt, imagines Chriſti, & eius ſanctorum mirū in modum oderunt, & corpora ſanctorum flammis ardetibus conſumpſerunt, & in pulueres, ac cineres redigerunt, & Chriſtum, & eius ſanctos in obliuionem hominum trahant.

Hæ ſunt calamitates & miſerię ad quas cacodæmon tandem perducit ſuos miniſtros.

Sequuntur vita & res geſtę Petri martyr Vermelienſis.

PEtrus martyr Italus Florentiæ fuit natus, (ſecundum quod reperi in Dialogo, cuius titulus eſt Dialogus de duabus Chriſti naturis tranſlatus in gallicum ſermonem, per aliquem illius impię ſectę) cuius pater nomine Stephanus Vermelienſis, & mater Maria Fumatina, ambo de ſtirpe antiqua, & claro ſanguine nati fuere. Ille de ſacro fonte leuatus fuit ſecundum conſuetudinem Eccleſiæ Catholicæ, Apoſtolicæ, atque Romanæ cui fuit Petro nomen, propter votum quod eius parentes fecerant diuo Petro martyri, cuius memorię adhuc floret Mediolani, qui propter fidem Chriſti ab

Arianis crudeliſſime fuit interfectus. Illum adhuc puerulum mater eius quę fuit linguæ Latinæ perita, Grãmaticam docuit, qui mox poſtea ſedecim annos natus piorum virorum Auguſtinentium ordini ſe obtulit, atque conſecrauit, quorum monaſterium eſt Florentiæ portis propinquum, & eorum more, ac pietate ſe victurũ bene beatęque eſt profeſſus. Prior monaſterij vir optimus, prudentiſſimus intelligens puerum fœlici ingenio natum eſſe, & quicquid tentauerat facile conſequi, continuo illum patauium miſit, vbi octo annis ſtuduit, quibus immenſos, vt vix cuiquam ſit credibile, labores tulit. Sępenumero totos dies noctéſque inſomnes ſtudendo traduxit, & breui omnium ſuorum condiſcipulorum peritiſſimus, & doctiſſimus euaſit, ita vt in Gręcis literis neminem parem, ſimulque in iis artibus quibus ętas puerilis ad humanitatem informari ſolet, & potiſſimum in Theologia nullos doctiores, ſuperiorem neminem agnoſceret. Itaque vbi vigeſimum attigerat annum Theologię laurea donatus, cœpit vbique prędicare, & ſacram Theologiam publice profiteri, primũ Breſſę deinde in omnibus celebribus ciuitatibus Italię, idque non ſine magna laude. Tempore quo habitauit Bolonię ſtuduit Hebraicę linguę pręceptore Iudeo, mox poſtea ad munus abbatis Spolettenſis eſt electus, (quę eſt vrbs in montibus, nullis additis focis, mœnibus tamen altiſſimis bene munita) vt tribus annis

Petrus martyr recept⁹ in õrdinẽ fratrum Auguſtinentinm camiſatorum vt vocant Itali.

Petrus martyr viginti annos nat⁹ Theologię laurea decoratus fuit.

annis probi viri munere functus, antiquas quęrelas, diſſentiones. atque diſſidia Gulfentiū, & Gibelientiū, quę nondum erant extincta neque pacata, ſedauit, atque mitigauit. Tandē in conuentu generali ſui ordinis ad dignitatē domini prioris collegij ſancti Petri, quod eſt Neapoli fuit vocatus. In illa ciuitate infectus fuit hæreſi cuiuſdam viri nobilis Hiſpani Ioānes Valdeſſo, qui propter hęreſim Caroli quinti aulam relinquere coactus fuerat, & multos ciues illius ciuitatis quibuſdam libris, quibus conatus fuerat homines Atheos ſiue impios efficere aut perſuadere hominibus Deum nō eſſe, iā infecerat. Illi libri ex ſcriptis anabaptiſtarum, Lutheranorum, Caluiniſtarum, & cęterorum eiuſmodi monſtrorum ſuum venenū hauſerant. Itaque Petrus martyr qui inierat ſocietatem, & amicitiam cum illo nobili Hiſpano, & qui ſimul ſuos conuentus more Felium, & Bubonum tempore nocturno habuerat, & ſatis cupide hæreſim eius didicerat, ſtatim cœpit illam more auium, quarum cantus non facile percipiuntur, publice docere, & primam Epiſtolam diui Pauli ad Corinthios prælegit, at quando ventum eſt ad illum locum tertij capitis, vnius cuiuſque opus quale ſit, ignis probabit. Statim oſtendit quicquid didicerat illo præceptore, incantore docente, clare affirmans, neue illum locum intelligendum eſſe de Purgatorio, neque omnino vllum purgatoriū eſſe. quo audito Palinodiam à principibus vr-

Petrus martyr Neapoli à quodā Hiſpano hæreſi infectus fuit.

Petrus martyr tempore nocturno ſuos conuentus habuit.

Diuus Auguſtinus, & ſanctus Thomas, & petrus Longobardus, & plurimi alij doctores interpretantur hunc locum, & de igne Purgatorio, & ſi hic hæreticus repu-

gnet, & tollat omnino purgatoriū quod aduerſatur ſacræ ſcripturæ authoritati Eccleſiæ Catholicæ, & omnium doctorum Catholicorum ſententiæ.

bis canere mox miſerrimus ſycophanta cogitur . & etiam pœna propoſita, atque etiam conſtituta, ne vnquam in poſterum prædicaret. At tandem amicorum opera, & ſtudio, quos Romæ tūc multos habuit, res eſt ſopita, atque paccata. Itaque non ita pridem ad munus, & dignitatem illius, cuius fuit reuiſere, atque inquirere in mores eorum omnium qui ſunt ordinis diui Auguſtini, fuit euectus, quo munere fungens multos dignitate, & officio priuauit, & potiſſimum eos quos intellexerat non bene, beatéque viuere, & etiam fraude, atque dolo virum pręclarum, qui toti ordini fratrum Auguſtinētium pene dudum præfuerat, cum quibuſdam eius ſociis perpetuo carceri, in quo tandem eſt mortuus, addixit. Dum hoc munere fungeretur, plurimos eorum fratrum miris in modis vexarat, contra quos potius, odio affligendi, atque corrigendi, ſiue cruciandi, quam amore lucri faciendi, atque corrigendi motus erat, quæ cauſa fuit, quod ſuo officio priuatus fuerat, & creatus prior ſācti Fridiani, vbi prędicauit quaſdā propoſitiones contra fidem Catholicam, quam ob cauſam à totius or dinis conuentu fuit citatus, vt eorū quæ tempore ſui officij fecerat, atque machinatus fuerat, rationem redderet, & ſuis propoſitionibus hæreticis reſponderet, & ſi quo crimine dignus eſſet, vt leges ferebant, libenter corrigi vellet. Continuo hic miſerrimus, qui tot mala perpetrauerat, tot flagitia admiſerat, tot hære-

Petrus martyr cū ſuis fratribus præeſſet tanta crudelitate vſus fuit vt nōnullos in carcere faceret mori.

Petrus martyr, qui tot flagitia ad miſerat, relicto ſodalio

ſibus infectus fuerat, tot facinora machinatus fuerat, quibus fidem catholicam extingueret, aut ſaltem lęderet, toties iam accuſatus fuerat, & publice toties peccauerat, cum iam ſe accuſatum,& citatum audiret, profectus eſt ſtatim Florentiam, vbi reperit fratrem bernardinum Onquin, qui ſe diui Franciſci religioni dicauerat, in qua primum vitam, & mores eorũ, qui in illo ordine paulo liberius viuunt, imitatus fuerat, mox postea, vt longe ſæuerius, ac ſanctius vitã ageret. quaſi nouum genus vitę ingreſſus,eos imitatꝰ eſt,qui in Frãciſcanis honeſtiſſime, parciſſime, duriſſime, atque aſperrime vitam agunt,qui nudis pedibus, niſi quod addita ſit pellicula, ne planta pedum lædatur, incedere ſolent, quales ſcotia plurimos eiuſmodi ſanctiſſiimos, pientiſſimos, honeſtiſſimos viros quondam habuit, ante quam iſtas noua monſtra inaudita, hæreticos miſerrimos quinti euãgelij intelligo,inferiorum prodierãt domo. hic noſter Bernardinus ob aſsiduas, & bellas prædicationes franciſcanis fuit gratiſsimus, attamen ita viſum eſt deo, quod iſte miſerrimus ſycophanta, qui omnẽ lapidem mouerat, vt ad ſummos veherętur honores, &toti ordini franciſcanorum aliquando præeſſet, nullo munere publico fungeretur. Itaque ſuperbiſsimus homo, qui tanta ſpe exciderat, & mirum in modum contriſtatus fuerat, vt nihil poſsit ſupra, tanquam alter Iudas diffidens, ac dę ſua ſalute deſperans ingreditur

Quidam Bernardinus ſocius Petri Martiris, Prędicans diuitias condemnãdas eſſe multas hereſes ſpar ſit in populo

religionem capuſicrum, vt loquũtur vbi adeo acute, & belle prædicauit, vt iudicio auditorum, omnium prædicatorũ, qui vnquam fuerant facile princeps haberetur, propterea ꝙ liberrime, atque audaciſſime virorum, qui eccleſiæ dei præſunt, abuſu reprehenderet & mundi diuitias omnino condemnaret, atque multas hæreſes, quibus populum rudem, & imperitũ fefellit, & decepit, vt libenter faciũt tales ſycophãtæ qui nunc inpune apud Scotos & Anglos publice predicant. ſuis predicationibus admiſcere ſolebat. Itaque hoc audito a ſommo pontifice eſt citatus, vt quam ocyſſiame Romæ compareret, vbi ſententia omniũ fuit condemnatus, & flammis ardentibus viuus de medio tollẽdus ô hic inſanus homo dũ properaret Romã audita ſententia, quæ contra ſe lata fuerat, totus obſtupuit, trepiduſquæ tanquam tactus ab angue repente refugit, & Florentiam venit, vbi Petrum Martirem ſuũ antiquum amicum reperit. In re tam dubia, & ancipite multum, diuquæ ſoliciti ambo fuere, quid conſilij potiſſimum capiendum eſſet, tãdem poſt multa verba vltro, citroquæ habita, optimum rati ſunt, ſe conferre Geneuam omnium hereticorum miſerrimam ſpeluncam, ac pautis poſt diebus, ciues Geneuæ ceperunt ſibi cauere, & non parũ timere ne iſti ſuæ vrbis proditores forẽt, quod eorũ alter totius Italiæ celeberrimus atq; notiſſimus prædicator eſſet, alter in bonis diſciplinis nemini facile

Petrus Martir, & Bernardinus, quorũ ſalus plane deplorata fuit, venerũt Geneuam õnium miſerrimorum hęreticorũ latibulũ atque ſpelũcam.

cedere deberet. Illis tamen nihilominus venia exeundi vrbe, & in oppidulis vicinis habitãdi eſt conceſſa. Interim Geneuæ omnes ciues non parum cõmouit, atquæ per turbauit Bernardinus quod cum religioſus, & etiam verbi dei inſignis prædicator eſſet, contra omnem conſuetudinem, eorum quos adhuc viderant, mulierem egregia forma, atque ætate integra circunduceret, id quod nunc apoſtatæ Scoti, & Angli faciunt, quam ex aliquo monaſterio deo dicatam, blandis promiſſis ad ſe allectam meretricis loco, pro vxore habere decreuerat. Quid plura dicam de miſerrimo Bernardino? vt vno verbo dicam. is intra paucos dies ſumma inopia rerum, & ſui officij negligentia, coactus eſt cum ſua meretrice more mulierum, aliorum veſtimenta lauare, & quaſcunquę viliſſimas, ac ſordidiſſimas artes, quibus corpora hominum inquinãtur, atquæ inficiuntur, tractare, atquę exercere, id quod dei gratia impiis miniſtris Scotis, & Anglis euenturum, aut quid peius breui ſpero. Quantum ad Petrum Martiré attinet, cum ei ad ſumptum faciendũ non ſatis pecuniarum ſupereſſet, & Geneuæ ciuium reſponſum iamdiu fruſtra expectaret, omnium rerum inopia deſtitutus, Argentoratum ſe contulit, vbi miniſtri munere non diu functus eſt, quando pulchra cum puella deo dicata Caterina publice more ceterorũ miſerrimorum miniſtrorum eſt ſcortatus, quam impudens ſycophanta vxorem vocauit, & ſic ſibi

Iſte iſignis prædicator Bernardinus tanta rerum inopia premebatur vt re pẽte coactus fuerat aliorum veſtimenta lauare

Petrus Martir cum ſacra virgine deo dicata publice eſt ſcortatus

videbatur ſatis grauem hoc pretexere nomine culpam. Sexto anno, quo petrus Martir mini ſtri munere ibi eſt functus, moritur henricus octauus Angliæ, Eduardus eius filius, vt fama ferebat, regnare cœpit, qui ſuorum tutorum, & potiſſimum ſui auunculi ducis Sommerſet, & Thomæ Craumer heretici Archiepiſcopi Cantorbiæ conſilio vſus, decreuit habere miniſtros qui in toto regno Angliæ impiam doctrinã, ſiue hereſim ſceleratiſſimi heretici Lutheri predicarent, & hanc ob cauſam a proceribus argentorati precibus obtinuit, vt ad ſe mitteretur Petrus Martir, qui vbi ſub finẽ menſis nouembris, anno domini mileſimo, quingenteſimo, quadrageſimo, ſeptimo in Angliam veneret, miſſus eſt in ciuitatem oxfortẽſem, vbi epiſtolam diui Pauli ad corinthios interpretari cœpit, quod doctoribus catholicis mirum in modum diſplicuit, qui contra illum multas diſputationes præclaras, & admodum doctas inſtituerunt, ex quibus nihil eſt conclusum, quia ſic placuit puero regi, vt liceat quam veriſſimme hic exclamare, vę regno cuius rex puer eſt) qui teterrimi, & ſceleratiſſimi nebulonis heretici partes eſt ſecutus, vnde maxima damna inde ſunt ſecuta, & teterrima hereſis radices altiſſimas in toto regno egit, quæ nõdũ ſũt extinctæ, & vix aut ne vix quidẽ ſine maxima, gratia dei extingui poſſunt. Illũ tamen regem eã ob cauſam. Seidanus impius hæreticus lutheranus, miris modis ex tollit, &

Petrus Martir ab Edouardo Rege in Angliam fuit vocatus, vt ſuam hæreſim prædicaret.

Væ regno, cui puer, vel mulier hæreſi inſecta præeſt id quod nũc Angli catholici ſentiunt.

cælo laudibus æquat, & in prima parte cœli locat. At interea loci meretrix Petri martyris periit, nulla relicta prole, paulo poſt etiam interiit rex Aduerdus. Cęterũ hic pręter opinionẽ omniũ acciderat id quod deo optimo maximo viſum fuerat, vt ſubita, & repentina fieret mutatio rerum. Hęreticus Petrus ſtatim prohibitus eſt, ne inpoſterum ſuam hæreſim prædicaret' ſed continuo Angliæ limitibus, atque finibus excederet, qui tamen venerat Londinũ principem ciuitatem Angliæ' cui Maria regina optima, & ſanctiſsima, atque eccleſiæ catholicæ, Apoſtolicæ, atque romanæ propugnaculum tutiſsimu[m], bonorum virorum pręſidium firmiſsimum, & dulce decus ſuorum, quæ interminata eſt mortẽ ſceleratiſsimis hæreticis, & potiſsimum illi miniſtro Petro martyri, niſi mox aufugeret. Propterea quod non modo hæreſim Lutheri per totam Angliam ſe nominaſſet, atque mẽti Imperitorum hominum infudiſſet, verum etiam quod alia hęreſi lõge deteriori pectora plurimorum infeciſſet. Itaq; Petrus ſtatim aufugit, & quinque diebus, tanquam alter miſerrimus ſi non in litore maris clanculum delituit, & Antuerpiam venit, deinde Coloniam, & tandem Argentoratum, vnde profectus fuerat, rediit. vbi ob diſcordiam, atque ſeditionẽ recens natã cœne domini turſus totus inflãmatus, & quod alij totius miniſtri cõtra ſe predicarẽt, & libros cõtinuo ſcriberent, coactus eſt illinc diſcedere quia hec dita.

Petrus Martyr pulſus eſt Anglia ab optima Regina maria, quam tamẽ Deus vel propter peccata patris videur nolniſſe diu regnare vel propter peccata populi qui nõ erat dignus tam ſancta, & pia prĩcipe diuino, ac ſingulari ingenio prędita.

Proprium eſt hereticorum in iis, cum catholicis neque cęteris hęreticis cōuenire.

proprium, & peculiare eſt omnium miſerrimorum hæreticorum, quod neque ſecum, neque cum catholicis, in iis quæ ſunt fidei cōueniant, neque quieſcant, cum contra ipſi catholici nunquam in iis quæ ſunt fidei diſſētire, aut diſcrepare ſoleant. illi tamen hac in re bene acciderat, quod miniſtro Cōrado pelicano mortuo, cæteris miniſtris authoribus aut potius impulſoribus proceres ciuitatis Zurich precibus a ciuibus Argentorati obtinuerant, vt ad ſe Petrus Martir mitteretur. Itaquæ venit Petrus in ciuitatem Zurich decimo tertio die menſis Iulij, āno domini mileſimo, quingenteſimo quinquageſimo ſexto, quem comitatus eſt Ioannes Iuel Anglus propter hæreſim Anglia pulſus. exiguo poſt tempore, quo Petrus ibi vixerat ſecundam ſibi iunxit meretricem, ſexto iam anno poſt mortem prioris, mulierem religioſam Catherinā meraudam, quæ relicto monaſterio, vbi caſte & pie aliquando vixerat, Geneuam omnium miſerorum obſcœnam ſpelūcam confugerat, vbi liberrime, & citra vllam reprehenſionem turpi voluptati corporis, more ferarum obſequi poſſet. Verum hic mos non modo eſt viliſsimorum hęreticorū, verum etiam omnium perditorum hominū, qui quo ſępius, aut grauius peccāt, & procliuiores, & proniores ſunt ad peccandū Interī Charolus Rex Galliæ hoc nomine nonus, iuſsit ōnes doctos viros cōuenire āno dñi mileſimo, quingēteſimo ſexageſi-

Petrus Martir priori mortua cum alia religioſa fœmina ſcortari cœpit.

mo ſexto menſe decẽbri in vrbẽ Poyſicam, vbi libertas data erat, ad diſputandum de quibuſdam fidei articulis, ſed quam temere, inconſiderate, & inconſulte, citra cõſenſũ, ac volũtatẽ ſummi põtificis factum ſit, iudicent pij viri, & illud in controuerſiam reuocare, & pro incerto habere, quod clariſsimũ, & certiſsimũ, & etiam a pluribus conſiliis iam erat concluſum. Prô dolor quam ſanĉte, pie, ac vere ſolet dici væ regno, cuius rex puer eſt. Sic Anglia periit, ſic Scotia fidem fere amiſit, ſic Gallia magna ex parte turbata fuit, dum nullus, aut Rex eſſet, aut tantum puer regno præeſſet. ad hoc cõſilium infelix poiſycum petrus Martir eſt vocatus, vbi audita oratione Theodori Bezæ ſcelerati ſicophantæ, qui hereticorum partes defenderat, mirum in modum eſt iratus, atque totus inflamatus, quod ille articulũ cœne attigiſſet, qui ſibi nullo modo placuerat. Quam ob rem Petrus Martir reuerſus in ciuitatẽ Zurich cuius ciuibus lõga oratione oſtẽdit, quo modo Theodorus Beza, & ceteri miniſtri Galli opinionem Brentii ſequuti fuiſſẽt. Propterea Petrus Martir a ſuis ſociis, & miniſtris rogatus fuit, vt librum quem Ioannes Brentius non ita pridẽ de vna perſona, & duabus naturis Ieſu chriſti ſcripſerat, paucis verbis refelleret, qui affirmat, atque aſſeuerat corpus Ieſu chriſti poſſe eſſe in pluribus ſiue diuerſis locis, qui in hoc cũ catholicis cõuenit Statim Petrus Martir cœpit ſcribere dialogũ

miſerrima diſputatio, poiſyca docuit feroſa-puiſſe phryges.

Petrus martyr dolore fuit concuſſus acerbo. quod inqueſtione de cœna cũ ceteris hæreticis cõuenire potuit,

Petrus mar tyr ob nimi um dolorẽ, quod, vi- ctus, atque ſuperat⁹ eſ- ſet a Brẽtio incidit in morbũ, & tandem mo ritur.

de duabus naturis chriſti, qui liber eſt valde pernicioſus, & damnoſus, quo ſtatim per- lecto Brentius non minus acute, quam ſub- tiliter reſpondit, oſtendens petrum Martirem in bonis literis parum fuiſſe verſatum, cuius reſponſum dum Petrus refellere conatur, mox incidit in morbum die quinto nouembris, ãno Domini milleſimo, quingenteſimo, ſexageſi- mo ſecũdo & partim vi morbi ſuperatus, parti ira, quod in ſua ſententia cum cęteris miniſtris conuenire non potuerat commotus, mortuus eſt duodecimo die illius menſis, cum iam at- tigiſſet ſexageſimum tertium annum. Quidam hæreticus Scotus Dauid Farguſſon, qui anno ſuperiori fuit chirothecarum ſutor, nunc ſpi- ritu ſancto, authore. ſi credere fas eſt, vrbis Dunfernilenſis inſignis prædicator, interpre- tans hæc verba, quæ ſcribuntur Diui Mathei vltimo capite: ego vobiſcũ ſum omnibus die- bus vſq; ad conſummationẽ ſeculi, dicit chri- ſtum voluiſſe eſſe cum ſuis diſcipulis vſque ad conſummationem ſeculi, ſed neque in carne neque in pane, ſed in ſpiritu. Dauid ſutor qui nihil credis, niſi quod ſcriptura ſacra dicit, quis præter te vnum hęreticum hæc verba ita interpretatur? aut vbi ſcriptura ita loquitur? Vide, ſi videre potes, quomodo Leo papa, qui pontifex fuit, & vicarius chriſti, cui potius eſt credendum, quam cuiquam hæretico, & qui vir ſanctus, & pius fuerat, & in ſcrip-

Etiam Da- uid farguſ- ſõ eſt in hac hæreſi, qui negat corp⁹ chriſti eſſe, ſiue poſſe eſ- ſe in diuer- ſis locis, & quia corpus chriſti eſt in cælo, ne- gat hic eſſe nobiſcum.

turis optime verſatus, hæc verba ita explicat: qui enim aſcēdit ī cœlos, nō deſerit adoptatos: ipſe enim deorſum confortat ad patientiā,qui ſurſum inuitat ad gloriam. hic aperte vides ſan ctum virum fateri corpus chriſti poſſe, & eſſe in pluribus locis contra tuam & cæterorum hæreticorum impietatem. Deinde Carthuſianus vir doctiſsimus, & pientiſsimus, cuius doctrinam eccleſia catholica probat, ita interpretatur hæc verba vſque ad conſummationem: primo per gratiam inhabitando corda fideliū: ſecundo per ſacramentalem præſentiam. Tu miniſter maligni ſpiritus, Horum verborum, ſiue huius vere interpretationis non meminenias neque malignus ſpiritus te docuerat, paulo vlterius progrediamur, (& ſi cum ſis ſutor vltra crepidam non debes progredi)& videamus quid alij ſentiant. Diuus Hieronimus non parum negotij tibi hic faceſsit ita explicans hæc verba, quæ ſcribuntur ſexto capite Diui Mathei: accipite & comedite, hoc eſt corpus meum, ille inquit, vt quando omni præfiguratione eius melchiledeh,ſummi dei ſacerdos panē & vinum offerens fecerat, ipſe quoque in veritate ſui corporis & ſanguinis repræſentaret. & Diuus Auguſtinus ad Ianuarium ita ſcribit : in quo liquide apparet, quando primo acceperunt diſcipuli corpus, & ſanguinem domini non accepiſſe ieiunos gloſſa ordinaria etiam ibi ita ſcribit: ſub alia tamen ſpecie

Pauca rationes hęc afferuntur, quibus contra ſarguſſon oſtenditur corpus chriſti etiā hic eſſe nobiſcum.

carnem,& ſanguinem ſuum tradidit chriſtus, & deinceps ſumendum inſtituit,vt fides haberet meritum, quæ de his eſt, quae non videntur. Diuus etiam Ambroſius ita reddit rationem,cur chriſtus ſuum corpus, & ſanguinem dedit ſub ſpecie panis,& vini, vt (inquit) nullus horror cruoris ſit, & pretium tamen operetur redemptionis. Diuus etiam Auguſtinus ſuper diuinum Iohannem ita ſcribit: de vno enim pane & Petrus accepit, & Iudas: ſed petrus accepit ad vitam, Iudas vero ad mortem. Sic apes & aranea ex eodem flore humorem attrahunt,ſed apes ex illo conficit mel dulciſſimum,aranea autem venenum peſtiferum,ſic vos impij hæretici ex eadem ſacra ſcriptura accipitis,& etiam catholici, quos vos papiſtas vocatis, ſed catholici ad vitam accipiunt, vos hæretici ad veſtram æternam damnationem, propter veſtras falſas,& ineptas ſacrarum literarum interpretationes. Tu quidem longe peior,& miſerior es quouis ethnico,vel publicano, qui valde exiguam, vel pene nullam veri dei cognitionem habet,quia tu plane abnegaſti fidem catholicam,Ille autem minime, cum fidem ille nunquam receperit. Prætarea tu nihil credis miſerrime hæretice,niſi quod vides, aut ſenſus docet. Nonne noſti fidem eſſe ſupra omnem ſenſum, imo etiam ſupra omnem rationem naturalem?ſupra quam ſtultus intellectus tuus non aſcendit. Nunc mihi liceat, cũ de te infideli,& impio hæretico loquor,excla-

Vide an hæretici habeãt fidẽ, cũ fides ſit eorũ, quæ non apparẽt, et hæretici nõ credãt, niſi quæ apparẽt, imo cæci hæretici nõ credunt, quæ apparent ſunt enim a domino deo reiecti atque, reprobati in quorũ corporibus cacodæmõ ad bonos viros exercẽndos atque affligendos operatur.

Hinc facile ſciri poteſt eum, qui

mareter, quaterque beatum fuiſſe illum latronem, qui a dexteris chriſti in cruce pendens, tantam hominem videbat, cum deus oculis corporis non cernatur, & deum credebat, quē non videbat. Sic diuus Thomas apoſtolus videbat tantum hominem, & credebat chriſtum eſſe deum, quem non videbat, cum ita exclamaret: dominus meus, & deus meus. O tu homo omnium miſerrime, cum chriſtus homines a morte ad vitam reuocauerit, & cum omnia ex nihilo creauerit, quod omnem rationē naturalem excedit, cur minus poteſt chriſtus ſuum corpus facere ſimul eſſe in diuerſis locis? quomodo chriſtus eſt omnipotens, & æqualis deo patri, ſi non poſſit facere ſuum corpus eſſe ſimul in diuerſis locis? aut quomodo clauſis Ianuis conſtat chriſtum ingreſſum fuiſſe ad ſuos diſcipulos, & talia infinita miracula feciſſe? Præterea quomodo tu audes tollere, aut minuere omnipotentiam chriſti? aut facere chriſtum mendacem? qui ita ſcribit decimo nono capite diui mathei: apud homines hoc impoſſibile eſt, apud deum autem omnia poſſibilia ſunt. Præterea omnes doctores theologi fatentur deum omnia facere poſſe, quæ non includunt contra dicentia, ſed ſi fateamur corpus chriſti eſſe ſimul in diuerſis locis, quæ eſt hic contradictio? nulla plane. Valde miror Dauid quomodo tu relicta tua arte conſuendi chirothecas, quod putaras plus lucri ad te rediturum prædicando tuam hæreſim, ad quam

heretico diſputat, nihilo plus agere, quam ſi det operam vt cum ratione inſaniat.

Stultitia, & nimia habendi cupiditas fecit dauidem relicta arte conſuendi chirothecas.

videras homines imperitos, & indoctos ſatis pronos & procliues eſſe, audeas iſta tentare, cum ſuum venenum hominum imperitorum auribus inſtillare. ſis homo ineptiſſimus, & latinarum literarum imperitiſſimus, quod omnes homines qui te probe norunt, vltro fatētur. eo etiam accedit teſtis locupletiſſimus dominus benedictus doctor theologus Pariſienſis, qui ſcriberet epiſtolam latinam, qua admonuit ipſum inſignem hęreticum knox, vt reſipiſceret, & ad eccleſiam catholicam rediret, cui cũ adhuc in Scotia eſſet, neq; tu, neque ille reſponderat, ſed poſt quam iſte in Galliam venerat, quod viderat catholicis cum hęreticis non bene conuenire, tu tandem epiſtola barbara, & ſcotica, mortuo iam ſceleratiſſimo ſycophanta Knox, reſpondiſti, & huc Pariſios illã miſiſti, qua accepta, ſtatim totus obſtupuit, ſed cum me interprete intellexiſſet epiſtolam tuam tantum nugis, Iocis, mendaciis, & contra ſummum pontificem vicarium chriſti, quem tu impie hæretice antichriſtum vocas, maledictis, conuitiis, cõtumeliis totam refertam eſſe, quibus inde ſubtractis, nihil ſuperfuerat, & tibi hęretico, & inepto ſutori, atque omnium bonarum literarum plane ignaro, nõ dignatus eſt reſpondere. Huc etiam accedit, quod cum tu nihil, In quo conuenit cum cęteris maligni ſpiritus miniſtris admittas ô quod non ſit in nouo, vel in veteri teſtamẽto, & nouum ſit gręcum, vetus vero hebraicum

Dauid farguſſon, qui omnia in dubium in certunque reuocat, teſtamẽti eſt ignarus, quem maxime cuperẽ reſipiſcere, ne citius, quã putet cũ cęteris miniſtris male pereat.

cuius, cum tu ſis plane neſcius, & imperitus, quomodo, vel nouum, vel vetus teſtamentum intelligis? Poſtremo vnde habes iſtam ſummã, & diuinam doctrinam intelligendi tam facile ſacras literas, cum diuus Auguſtinus vir diuino ingenio prẹditus, & pene in omnibus ſciẽtiis bene verſatus ſẹpenumero diuum Hieronymum in latinis, grẹcis, hebraicis, chaldaicis, ſyriacis literis optime verſatum coluluerat, & plurimorum locorum difficiliorum intellectionem ſcire poſtulauerat, & vix intra annũ propoſitarum dubitationum reſponſum receperat certum eſt te ſacras literas ſcire, vel aliquo docente, vel diuino numine admonẽte, & inſpirante, vt ſolent aliquando impudentes hẹretici dicere, ſed primum eſt falſum, igitur, ſecũdum erit verum, vel tu tibi falſo attribuis, quod ignoras, & ſic videris eſſe in numero eorum, de quibus loquitur hieremias vigeſimo tertio capite. non mittebant prophetas, & ipſi currebant. Si es propheta, vel Apoſtolus, vel aliquo alio nomine, aut authoritate a deo miſſus, hoc aliquo miraculo oſtendere, aut probare debes, vt, qui in veteri, vel nouo teſtamento eccleſia chriſti radicem, vel fundamentum adhuc agente, ſuam doctrinam miraculis confirmarũt. hoc me omnium maxime mouit, quod hoc miſerrimo tempore, quo cœpiſtis veſtrã hẹreſim ſeminare, & incautos, atq; imprudẽtes homines facile decipere, nihil præter peſtem,

Mirum eſt ſutores, piſtores, & infirmorũ hominum fæces, nemine docente tã repente quam doctiſsimos euaſiſſe.

De iſtis mẽdaciſsimis, impudentiſsimis ſycophantis bene loquitur hieremias.

Hæc ſunt miracula miſerrimorum miniſtrorum cacodæmonis, quæ hic ſequuntur.

gladium, ſiue bellum domeſticum, famam fraudem, dolum,& ſcortatorum cohortes vidémus. Antequam malignus ſpiritus vos ſuos impios miniſtros ab inferis in Scotiam miſerat, quod ſtatim acciderat, Iacobo quinto rege optimo mortuo tempore cuius menſura farinæ, quæ vendebatur decem denariis, vt cum gallis loquar, vel, vt cum Scotis dicam, quinque denariis, tandem veniebat decem aſſibus, & ceruiſia, quæ emebatur duobus denariis, vt ſcoti loquuntur, poſtea comparata eſt fere tribus aſſibus. Deinde peſtis ſcotis fere incognita, ſatis late per Scotiam ſerpebat, quæ propter immenſum frigus diu durare non potuerat. Tandem ortum eſt domeſticum, ſiue ciuile bellum, quo vix quicquam eſt miſerius, magiſque deteſtandum, hic ſtatim pro regina, ille vero pro principe miſerrime interfecto reginæ marito acer in armis ſtetit. Quis claudem illius peſtiferi belli, quis funera fando explicet? aut poſſit lachrimis æquare dolores? hic vrbem contra vrbem, & pagum contra pagum, ciuem contra ciuem, & quod grauius eſt, fratrem contra fratrem imo filium, (horreſco referens) contra patrem crudeliter & immiſericorditer pugnantem vidiſſes. Hæc mitto, venio ad maiora, quot millia hominum, partim in agris, quo nihil eſt miſerius, partim in ædibus, quod iniquo animo eſt ferendum, miſeranda dominante fame periere? quorum alij cum

Hæreſis ſecũ has egregias laudes, & ſpolia ampla reportat.

quorum alij cum deeſſet cibus, more ferarum vagantes in agris, quibuſcunque etiam viliſſimis herbis, aut fœtidiſsimis radicibus terrę paſti, lenta morte, non dicam quam acerba ſunt abſumpti: alij tacitæ per amica ſilentia lunæ, gratia venandi piſces, quibus aliquãdiu vitam miſerrimam ſuſtentarent, ingreſsi mare, tempore nocturno incauti, & imprudentes in vaſtos gurgites ſiue aquarũ voragines incidere, aut ſæuientibus vndis obruti, & aduerſis ventis agitati extremum miſerrime clauſere diem. Ad veſtra miracula nunc pergo hic ordine cõmemoranda. Impius quiſpiam hęreticus veſtri gregis die natiuitatis domini adeo inſaniuit, vt ad terram aratro vertendam ſuos boues iungeret, qui ſtatim fractis, ſiue excuſsis iugis, modo per montes, modo per ſaxa, & per quęque inuia loca, nemine prohibente, dum ferri ceperant, omnes miſerrime ſimul periere. Nõnullus etiam inſignis ſcortator, vrbis edinburgi miniſter deprehenſus cum vxore ſui vicini dum alij miniſtri in ſua ſynagoga, ſuo gregi maledicerent, & ductus in locum, vbi iſti ſycophantæ ſolent publicam agere pœnitentiam, qui mox, cum viderat maximũ fieri concurſum hominum, cœpit vehementer excandeſcere, & iis qui aderant interminari, quod niſi ſtatim abirent, ſe aliquid noui deſignaturum, quo audito illi; qui aderant magis inſtabãt operi ſpectaculoque futuro, & illud quicquid noui eſſet, multo magis ſcire optabant,

Prioribus miraculis impiorũ miniſtrorũ hęc addi poſſũt.

Vnus miniſter vrbis edinburgi ſeipſum interfecit, quod huic miſerrimo hæretico, q nũc ibi ſuum venenũ fundit, aut quid peius, niſi reſipiſcat, ad ſe accidere poteſt.

ille continuo extracto ſuo pugione, qui forte in zona pendebat, ſeipſum illico transfixit. Alius etiam fuit miniſter ad rem ſatis attentus, & totus in diuitiis cumulandis occupatus, quod vitium eſt commune omnibus miniſtris, qui non tam Chriſti quam ventris gratia ſuum quintum euangelium prædicant, qui cum duos famulos haberet, vnum in hanc, alium in aliam vrbem miſit, & interim ſuam vxorem ſtrangulauit, vt ſecundæ, vel tertiæ vxoris dote magis diteſceret, & mox clauſo oſtio abiit prædicatum. tandem famulos ſuos abſoluta prædicatione iam inde reuerſos interrogauit, vbi eſſet ſua vxor, at ſceleratus nebulo ita deo volente eſt deprehenſus, & ſceleris conuictus, atque ſuſpenſus, & ſic miſerrimus ſycophanta animam, & vitam ſimul amiſit, vt paucis cæteros ſycophãtas perſequar ordine. alius fuit, qui fregerat imaginẽ, ſed poſtero die dũ ſecaret lignũ, incautus, & imprudens deo impium, & ſceleratum monſtrũ caſtigante, eodem ferro, quo fregerat imaginẽ ſibi manum amputauit. quidam etiam fuit hæreticus, qui die natiuitatis domini, vt plurimi volunt, iunctis aratro bobus, præcepta dei, & eccleſiæ omnino ſpernens, atque contemnens, terram vertere cœpit, ſed cum omnia iam eſſent concreta frigore, & ferrum aratri non penetraret terram, totus illo inflammatus, & quaſi ſubito furore agitatus, ferrum depreſſit pede, qui mox incuruatus, ita adhæſit eius podici, adſit

Alius miniſter, vt ſe cũdẽ vxoris dote diteſceret, ſuã vxorẽ ſtrãgulauit, & ſuos ſeruos, tãquã ſceleris cõſcios accuſauit.

Quidã hæreticus eodẽ ferro, quo fregerat imaginẽ ſibi amputauit manum.

Alius hæreticus die natiuitatis domini arauit terram, cuius pes, quo ferrum aratri depreſſit, incuruatus, ad hæſit eius podici.

reuerentia dictis, vt inde ne auelli quidem vi potuerat, & ſic partim dolore, partim pudore & amentia confuſus, mox poſtea periit. Alius etiam fuit hæreticus, qui ex lapidibus, & lignis cuiuſdam ſacelli, cuius loci vicini, & finitimi coecum vocãt, ſibi edificauit domum, cui mox atro, mens meminiſſe horret, liquuntur ſanguine guttæ, quæ totum locum non tam macularant, quam horrendo, & inaudito tabo implerant. Præterea vt alios hæreticos in mediũ afferam, paucos tamen, quia omnes eiuſmodi ſycophantes ordine commemorare, & eorum ſcelerata, atque nefanda, & deteſtanda facinora referre, immenſi eſſet laboris quodam etiam, referente hæretico quibuſdam honeſtis viris, tres viri pauperrimi in eadẽ vrbe honeſte vixerunt, tres alij fuerunt ditiſſimi, qui euerterant monaſteria, & alia ſacra loca, quorũ ſpoliis diteſcerent, qui ſtatim facti fuerunt pauperrimi, ita quod is viderat hos tres illico oſtiatim mendicare, & tandem horum duos nudo ſub ætheris axe, ſine ſacramentis, ſine honore ſepulchri, quæ omnia eiuſmodi hæretici contemnere ſolent, miſerrime mori, aut potius perire, tertium vero adhuc mendicare, tres autem alios pauperrimos qui honeſte vixerant, quam ocyſſime factos fuiſſe totius vrbis ditiſſimos. quid dicam de alio impio miniſtro? qui ſacerdotem pauperem iam ætate confectum cui occurrit in ſuum oppidulum equitantem deiecit, & eius equum conſcendit, &

Dom⁹ cuiuſ dã hęretici ex lapidib⁹ et lignis ſacelli conſtructa immẽſã copiã ſãguinis fũdebat. Quidã hęreticus teſtatus fuit, ſe vidiſſe tres viros ditiſſimos, qui ſpoliarant ſacra loca, factos fuiſſe repẽte pauperrimos, alios vero tres pauperrimos, ab omni flagitio maxime abhorrentes, illico euaſiſſe totius vrbis ditiſſimos.

ita longiſſimo itinere confecto miſerrimus miniſter perpetuo equitauit, bono & pio ſacerdote, tempore etiam hyberno, frigidiſſimo vento ſpirante, ingenti pluuia inhorrente tenebris, fere nudis pedibus per ſaxa, per paludes profundiſsimas ſemper currente, nulla tamen impio miniſtro propoſita & conſtituta pœna Cæterum, vt ad alia veniamus, vbi ſunt præclara monaſteria, ac ſacra loca plurima, in quibus (prô dolor) infinitæ olim virgines deo dicatæ habitarunt, quas Angli bellum aduerſus ſcotos gerentes, aliis ciuitatibus euerſis, aut combuſtis, propter illarum pietatem, ac mirificam vitæ ſanctimoniam nunquam auſi ſunt attingere? Præterea vbi ſunt dominicani illi viri optimi & doctiſsimi? vbi ſunt etiam franciſcani viri pientiſsimi, qui optime, beatiſsime, Innocentiſsime vitam egerūt, quos omnes ſcotorum reges ſemper dilexerant, & noſtra regina princeps pientiſsima, & chriſtianiſsima nunquam deſinit illos honore, & amore proſequi? quiſpiam parum fauens ſyncere religioni quondam Dauid *in honoro fuere, & magno exemplo ad bene beateque viuendum omnibus fuere.*

Franciſcani ſcoti ad bene beateque viuendum potuerant, exemplo eſſe omnibus religioſis totius orbis terrarū, & partim eam ob cauſam hæretici ſupra modum eos oderant, partim quod illi fere ſoli aſſidue predicando, vniuerſum populum in fide catholica continebant.

Quidā impius miniſter occurrit pauperi ſacerdoti in ſuum oppidulum equitanti. quo deiecto, illius cōſcendit equum, & ſedulo equitauit, ſacerdote percurrente, atque lachrymāte.

Antequā miniſtri cacodęmonis venirāt in ſcotiam, ſine quib⁹ ſcoti mille, & fere quadrigentis annis vixerant, virgines deo dicatæ magno

Lynſay orator regis Iacobi quinti, cum multa indigna auditu contra epiſcopos ſcriberet, quos non modo inutiles, & indoctos dicebat eſſe, quod neque docerent, neque prædicarẽt, verumetiam, quod minus pie viuentes dederant populo occaſionem male viuendi, nunquam tamen auſus eſt de franciſcanis, cogente conſcientia inhoneſte loqui, imo mirum in modum illos laudauit, & quod ſingulari, ac mirifica probitate, atque pietate vitæ præditi eſſent, ſine quibus ſedulo prædicantibus, dicere ſolebat, quod, ante multos annos in Scotia de fide catholica actum fuiſſet, aut nemo chriſtum penitus cognouiſſet. Hæc potiſſima, & prima fuit cauſa, quod Franciſcanis non mediocri laudi eſt tribuendum, cur ſceleratiſſimus ſycophanta knox, & cęteri impij hęretici, quibuſdã etiam impiis hęreticis principibus auxilium, opẽque ferẽtibus, ſine quibus nihil auſi fuiſſent, primum

David Lynſay legatus regis etſi parũ fauerat epiſcopis tamen nihilominus nunquam auſus eſt coſcientia probibente, male loqui de franciſcanis, ſiue quorũ aſſidua prędicatione vltro fatebatur, quod ante multa iam ſecula de fide catholica apud ſcotos actũ fuiſſet. Hinc ſciri poteſt quãta impietas, & im-

menſa habendi cupiditas fuit inquibuſdam ſcotis, in quibus nihil vnquam pietatis, religionis, virtutis, pręter inanem vmbram, quem præ ſe tulerunt, nobilitatis, apparuit, qui ſceleratiſſimum hęreticum Knox, ſcortatorem maxime inſignẽ, intantatorem, nobiliſſimum omnium bonorum literarum imperitiſſimum, deo contempto, ſua principe in exilium miſſa, epiſcopis, ac religioſis viris regno pulſis cacodemonis ſynagogæ prefecerint. Cuius miſerrimæ ruinæ dum recordor, vix tempero a la chrimis.

omniũ iſtorũ piorum virorũ monaſteria euerteretit ac ſpoliarant, nemo tamen omnium iſtorum impiorum hæreticorum eſt, qui vel ſacra loca euerterint, vel ſpolianerint, qui non infœliciſſime, & miſerrime, extremum clauſit diem: quorum alij in exilium pulſi inſanientes perierũt, alij a ſuis ſũt interfecti. Singulos poſſũ nominare, & quaſi digito iſta venenoſa portãta mõſtrare, & qua miſerrima morte ſint abſũpta ſatis aperte explicare. Cæterũ farguſſon, vt exẽpla propiora petamus, & ne videar obſcure, & perplexe loqui, quomodo actũ eſt cum illis, qui illud chariſſimũ monaſteriũ ſanctiſſimę Margaritę (cuius miſerrime dum recordor vix tempero â, lachrimis) quondã reginæ ſcotorum, euerterunt, ac ſpoliarunt, nonne vnus eorum corpore perfoſſo globulo æreo mox poſtea periit? nonne alter ſtatim inſaniuit? & adhuc inſanit? hæc ſunt præclara miracula, hęc ſunt prima hæreticorum monumenta tuorũ. Poſtremo hæc veſtra imbecilla, infirma, lãguida ruinoſa, & malignantium eccleſia nunc primum ſuas radices agens nullam omnino ſocietatem aut ſimilitudinem cum eccleſia chriſti habet, quæ a miraculis, a probitate, ac libertate initium duxit: contra veſtra ſynagoga a ſpoliis, ab euertione rerum publicarum, ab armis contra principes, & dominos capiendis, ab improbitate, a vi, & coactione. Initium du-

Duo hæretici euerterũt clariſsimi monaſteriũ diuinæ Margaritæ, quondam reginę ſcotorũ, quorum alter traiecto corpore tormẽto, mox periit, alter continuo inſaniuit, & ſi viuit miſerrime omniũ hominũ viuit. ſiquis tantũ horũ duorum res geſtas clare perſpexerit qui tot opibus, tantaque gloria, cum catholici eſſent, floruere, vt pulſerent

Vertice cœlum, ac infecti hæreſi, quam repentino, & graui cecidere caſu, omnes impios miniſtros, qui ſũt tot cauſſæ malorum, merito deteſtari poterit.

cit quin etiam veſtra ſatanica ſynagoga eſt lõge ſceleratior eccleſia Turcarum, quæ eſt omnium ſceleratiſſima, quod Turcarum princeps liberrime patiatur omnes, qui iam chriſto nomen ſuũ dederunt, quos ſubiicit ſuo imperio, libere in ſua religione viuere, & quod in plurimis locis alcorani Turcarum clariſſime omnium declaratur: infinita millia hominum iam apud Turcas liberrime chriſto obediunt, & omnia quæ ſpectant ad hominem catholicũ, liberrime. & ea quidem impune faciunt, at apud vos ſycophantas, & ſceleratiſſimos hæreticos, & maxime impios, qui chriſtum abnegaſtis, fidem in baptiſmo ſuſceptam reieciſtis, perpetuum, atque perẽne ſacrificiũ cõtempſiſtis, miſſã intelligę & neminẽ meorũ qui chriſto nomen dederunt apud vos libere chriſto ſeruire permittitis. Videte quid de hoc ſacrificio (ſceleratiſſimi hæretici) perenni, ſiue miſſa dicat Petrus cluniacẽſis vir pius & ſanctus. Non eſt (inquit ille) ergo vt dictum eſt ſuperfluum chriſti corporis, & ſanguinis ſacramentum, quo viuatior memoria excitatur, quo feruentior dilectio prouocatur, quo plenior peccatorum remiſſio comparatur, non eſt ſuperfluum: quia non tantum per id quod eſt deus, ſed etiam per illud quod eſt homo eſt nobiſcũ vſque ad conſummationem ſeculi Non eſt ſuperfluum, quia, qui per corpus ſuum redimit nos per idem corpus ſuum reficit nos, vt redempti per corpus eius, & refecti corpore e-

Hinc licet clariſſime omnium videre diſcrimen inter ſynagogam hæreticorum, & eccleſiam catholicam.

Hæretici ſunt longe ſceleratiores, magiſque execrādi atque deteſtandi ipſis turcis, quod hi libere, & quiete permittunt eos, qui ſua nomina chriſtō dederunt ſecū viuere, fidei vero minime.

Hæretici ſcoti perēne ſacrificium quæ miſſa dicitur, abiecerunt.

eius, nutriamur, & paſcamur humanitate eius, donec ſatiemur deitate, & gloria eius. hactenus Petrus cluniacenſis. De hoc ſacrificio perenni, quod omnes vos impij hæretici reieciſtis, loquitur Malachias primo capite his verbis non eſt mihi voluntas in vobis dicit dominus exercituum, & munus non ſuſcipiam de manu veſtra, per munus ſacrificia veteris teſtamenti, quæ iam ceſſarunt, intelligenda ſunt. Deinde ſequitur ab ortu ſolis vſque ad occaſum, magnum eſt nomen meum in gentibus, & in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda, id eſt eucharistiæ ſacramentum quod impius, & malignus ſpiritus, cuius es diligētiſſimus miniſter, te ſedulo ſpernere docuit. alias plura cōtra te, & Sodomam, & Gomorrham tuam ſcribam. Nunc interim Dauid ſutor conſulo tibi pro ſalute animæ tuæ, vt relicta tua impia hæreſi, qua te in ignē inferorum præcipitas, quam ocyſſime redeas ad tuas chirothecas conſuendas, & conficiendas, & ne vltra crepidam in poſterum quicquā tentes. Heus tu Dauid, pene dederam obliuioni, quod te admonerem de quodam impio hæretico ſacerdote Dauidſon, quem audiui his

Perēne ſacrificiū, quæ miſſa eſt probatur authoritate Malachiæ, non & hunc locum ſancti doctores interpretantur de miſſa.

Cenſeo dauidem, cum ſit ſutor, nequicquam vltra crepidam tentet.

iam multis annis publice cum quadam meretrice ſcortatum eſſe,quam fertur peperiſſe prima nocte, qua cum illa dormiuit, quod hic doctores medici pro magno miraculo habẽt, cum vix mulieres ante nonum menſem, vel octauum parere ſoleant. Huic miraculo aliud malum monſtro ſimile accedit, quod hic ſacerdos Dauid ſon inſignis & impudens ſcortator negauit puerum eſſe ſuum, & ſuæ meretrici iniunxerat publicam pœnitentiam,vt illa nudis pedibus toto populo ſpectante tribus diebus dominicis (impij hæretici diem dominicum tantum feſtum,ſolennem & lætum eſſe agnoſcunt, & quicquid ſummus pontifex dicit, aut fieri præcipit, quem Antichriſtum vocant,& cæteri epiſcopi, omnino ſpernunt, & negligunt, cum tamen ipſe chriſtus apud diuum lucam decimo capite dicat. qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit me ſpernit: ſed quid facies cum impiis miniſtris maligni ſpiritus, qui nihil recte fieri putant, niſi quod ipſi faciunt?)aut pluribus iret ad ſynagogam. Hæc ſunt valde noua nobis catholicis, inuſitata,& inaudita,hæc ſunt quæ breuiter contra vos impios miniſtros, & veſtram impiam ſynagogam dicturus eram alias dei gratia plura dicam:& ſedulo conabor,aut ſcribere, aut diſputare pro eccleſia catholica contra iſtam inauditam,monſtroſam, ruinoſam, caducam, & nouam,& dei gratia mox perituram, (nullum enim violentum teſtante philoſopho eſt

Quidam ſacerdos præcepit ſuæ meretrici, quod tribus diebus dominicis iret nudis pedibus ad ſynagogã quæ pœnitentia eſt valde praua & inaudita nobis catholicis.

diuturnum) veſtram impiam & ſa:anicam ſynagogam.

Nunc ſequitur hiſtoria de vita & moribus atque morte Iohannis Caluini.

Omnium calamitatum atq; miſeriarũ,quæ in hunc orbem terrarum maligno ſpiritu authore peccati omnis, mendacij principe irrepſerunt, poſt primi parentis miſerabilẽ caſum infandumque dolorem,nihil vnquam repertum eſt,aut excogitatum,quod maius damnum,odium,ſeditionem,atque diſcordiam inter mortales ipſa hæreſi concitauit, nutriuit, dilatauit. hoc horridum,pernicioſum, & damnoſum a ſuperbia,& ignorantia originem trahit. ab his duabus,tanquam a duobus proximis parentibus,& progenitoribus totius hæreſeos adhuc noſtri temporis ſerpit, fluit, & manat vis,atque natura. proprium eſt omnibus hæreticis,ſycophantis peſſimis,& ipſis fere ſolis ſuperbire, & neſcio quam ſpeciem virtutis & probitatis,quaſi ſoli boni, & pij eſſent præ ſe ferre, & omnes qui non ſunt ſuæ ſectæ contẽnere, & odio proſequi, & quod eſt omnium peſſimum,illi impij in ſuis hæreticis,& prauis opinionibus ſemel conceptis, adeo ſunt obſtinati,obfirmati,& pertinaces,vt eos de ſuſcepta cauſa,propoſitaque ſẽtẽtia,nulla vis, nullum periculum, ne mors quidem amouere poſſit. cacodæmon pater mendacij, inimicus pacis,

Hoc patet ex eo, quod ſcribit diuus Ioãnes 3. c. ſuę primę epiſtolæ: quoniã ab initio diabolus peccat, vnde, inquit diuus Thomas, prior peccauit, et eſt author peccati, et homo per ipſú peccat.

Hic ſequuntur ſigna, notæ, & ſingulę fere proprietates, quę potiſsimũ hæreticis ineſſe videtur.

Hinc ſciri poteſt quam vere veteri prouerbio ſoleat dici

& tranquillitatis nunquam non laborat eccleſiæ catholicæ concordiam perturbare, amicitiam etiam firmiſſimam ſoluere, ſyncerã, ac puram veritatem, aut violare, aut ſaltem diſſimulare. Cæterum, vt varias, ac pene innumeras ſectas, rationeſque vitæ antiquiorum philoſophorum ſilentio prætereant, qui in omni genere diſciplinæ, ac potiſſimum in rebus naturalibus, earumque principiis, atque cauſis feliciſſime verſari fuere, reiectis etiamſi is hominibus, ſiue poſt habitis, qui cultum Idolorum probarunt. tantum de ſectis verba faciam, quæ natę ſunt in iis, qui nomina ſua chriſto dedere.

tres eſſe homines, qui nullo modo curari poſſunt hereticos, inſanos, & a zelotopia offenſos.

Quantum attinet ad Iudęos, qui quondam pro populo dei proprio, & peculiari habiti ſunt, egeſippus author antiquiſſimus, & chriſti fidem profeſſus, ſcribit ibi eorum ſeptem fuiſſe diuerſas ſectas, qui fuerunt Ieſſei, Gallilæi, hemerobatiſtę, Maſbutei, Samaritani, Saducei, phariſei, qui omnes variis, & diuerſis opinionibus infecti fuere: deinde ex illo tempore, quo euangelium cœpit prædicari, atque vbiq; locorum promulgari, arte atque aſtutia ſatanæ, vt inquit idem Egeſippus, multi hæretici ſunt excitati, in quibus fuit vnus epiſcopus, Theobutus, qui mirum in modum perturbauit eos, qui nomina ſua iam chriſto dederant, & pacem atque concordiam eccleſiæ propoſitionibus falſis, & opinionibus vanis, & inauditis, & nouis placitis turbauit multumque vexauit. mox ſecuti ſunt alij hæretici, qui ne-

Egeſippus hiſtoricus ſcribit ſeptem fuiſſe ſectas apud Iudęos, idque cacodęmonis inſidiis factũ fuiſſe, qui nihil nõ excogitat, atque molitur vt homines faciles inconſtantes in errores trahat.

gauerant diuinum verbum, qui eſt chriſtus, eſſe ὁμόυσιον, & vnius, & eiuſdem ſubſtantiæ, ſiue eſſentiæ cum deo patre omnipotenti, atq; coæternum, & rationes abſurdas, & pueriles: atque inanes afferentes, ad refellendam, atque euertendam diuinitatem, ſiue diuinam naturã chriſti: huius ſectæ principes fuerunt cerinthus, artemenus, Paulus ſamoſatenus, & tandẽ impius arius: hos ſequutus eſt Carpocrates, & nonnulli eius ſentẽtiæ adherentes, qui voluerunt omnia bona in illis: qui fidem chriſti profeſſi fuerant, eſſe communia, & eo ſtultitiæ, & tandem inſaniæ venerant, quod vellent etiam omnium eaſdem eſſe vxores, eoſdemque liberos, id quod nonnullis populis ſuperioris libyæ eueniſſe aiunt. Præterea, quod omnium peſſimum eſt quandam licentiam, ſiue effrænatam libertatem omnium deſideriorum quibus ſenſus ad libidinem titillantur, atq; ad fœdam voluptatem corporis incitantur, introduxerunt, cuius ſectę reliquias iam diu ſepultas, nouiſſime omnium Satanas in anabaptiſtis excitauit. In tertium locum ſucceſſit Ebion cũ inſana turba ſuorum, qui adhuc noſtro tempore obſeruationem cæremoniarum moyſaicarum neceſſariarum eſſe ad ſalutem, & locum atque propugnatores habuere.

Vt ariſtoteles primo lib. de natura negat perueniam dam & meliſſum, qui voluerãt vnũ eſſe omniũ rerũ principium, idque ab omni motu liberum, inter philoſophos naturales numerari, propterea quod princi-

Vel ex hoc vno verbo facillime patet, quod nuſquã in ſacra ſcriptura reperitur, quã impij, & ſcelerati ſint inſani hęretici, & quam maxime fa ueant impiario, cũ nihil admittant, niſi quod vel in veteri vel nouo teſtamẽto ſit ſcriptum.

Nunquã tã importuni fuere philoſophi, neque tam inſani hęretici, qui nõ ſuos defenſores,

cum euangelio chriſti habere, quod ſane magnas lites & contentiones intulit in eccleſiam Dei,vehementer contendit: in hac miſerrima hæreſi, ſiue inſania fuit Georgius bucananus ſcotus cum pluribus aliis hæreticis, qui tempore quadrageſimæ comederat agnum paſchę, & cum accuſatus eſſet hæreſeos, & pro miſerrimo hęretico habitus iam ante quadraginta annos,niſi me animus fallit, & a Iacobo quinto ſcotorum rege viro, vt prudentiſſimo, ac pientiſſimo, ita fidei catholicę, apoſtolicę, atque romanę propugnatore,ac defenſore acerrimo,eſt vocatus & de quæſtione propoſita examinatus,atque interrogatus,quomodo auſus fuiſſet,quicquam tale contra conſuetudinē eccleſię catholicę tentare. Homo ſacrarum literarum imperitiſſimus, ſimulque impudentiſsimus ita regi reſpondit tu domine ſimiliter debęs agnum paſchæ commedere,ſi vis ſalutē conſequi quo audito reſponſo rex ſtatim obſtupuit,& admiratus eſt audaciam ſiue potius hominis Inſaniam,& mox addit, Georgi, ego non ſum theologus, ſed fidem in qua mei maiores vixerunt,quę eſt fides catholica, apoſtolica,atque romana,& quam ab illa ſanctiſsima ſede romana receperunt, pro viribus meis ſedulo propugnabo,atque ſeruabo, & de tua fide,quid doctores theologi,quos plurimos nūc habet ſcotia, ſentiant, quos certo ſcio hæreticos peius cane & anguē ſemper odiſſe, quod eorum dolos, fraudes, atque aſtutias facillime

quod principia rerū naturaliū ſeſtulerant: ſic georgius bucan⁹ qui cum iudæis conſentiens agnumpaſchalem comederat et priucipium noſt rę ſalutis extinxerat, ſe parū in Theologia verſatum fuiſſe oſtendit.

Hinc facile ſciri poteſt erga eccleſiam catholicam, apoſtolicam, atque romanam, quāto Iacob⁹.5. fuit incenſus amore:

conſcientiã viuere, reſpõdit id nõ a ſe, ſed a ſummo põtifice poſtulandũ eſſe, quia quos in fide recuperat, eoſdẽ in ea, vel cũ periculo vitæ retinendos eſſe.

norunt intelligam. Poſtea mox vocati fuerũt doctores theologi Ciuitatis ſancti Andræ, inter quos princeps fuit magiſter Iohãnes maior, vir pientiſsimus, & Philoſophię, atque Theolohię periaſsimus, & qui plurimos iam libros ad philoſophię, & theologiæ itcllectionem vtiliſsimos ſcripſerat. Propterea queſtioni propoſitæ facillime ſatisfacere potuerat. De rebus enim omnibus, in quibus quiſque perpetuo bene eſt exercitatus, optime iudicare ſolet, id quod quiſpiã Pœta ſuo carmine teſtatur: Nauita de vẽtis, de tauris narrat arator. Itaque maiſter Iohannes maior de quęſtione propoſita ita Regi reſpondit, ille qui dicit Rex chriſtianiſsime te debere comedere agnum paſchæ, vellet te Iudæum eſſe, ſiue more Iudęorum viuere, qui negant chriſtum adhuc veniſſe, aut de virgine Maria natum eſſe. Agnus enim paſchæ eſt aliquid cæremoniale vt loquntur doctores theologi, ſed omne cæremoniale, chriſto iam paſſo fuit mortuum, id quod etiam videtur ſatis clare dicere apoſtolus quinto capite ad Galatas: teſtificor autem curſus omni homini circumcidẽti ſe, quoniam debitor eſt vniuerſę legis faciẽdæ. Et mox poſtea, Nam in chriſto Ieſu neque circumciſio aliquid valet, neque præputium. Cæterum Georgius bucananus tanti ſceleris inauditi, & incogniti conuictus, clanculum aufugit, (ſocius eius captis atque combuſtis) alioqui ille cum cæteris combuſtus fuiſ-

ſet. Deinde profectus eſt in luſitaniam, vbi pro hæretico captus, & accuſatus fuit, & niſi cele-ri fuga ſibi ſalutem quæſiuiſſet, de illo actum fuiſſet. tandem Pariſiis cum in ædibus cuiuſdam galli cum plurimis Scotis & Germanis pranſus fuiſſet, & iam gratię agerentur Deo, hęreticus ille neque caput aperuit, neque vllũ ſignum pietatis oſtendit, ſed inſtar lapidis immobilis, omnibus, qui aderant aperte hæreticum eſſe clamantibus & vociferantibus illum pernicioſum & damnoſum, reipublicæ perniciẽ, adoleſcentium peſtem eſſe, qui lapidibus obrueretur, aut flaminis ardentibus comburetur, aut vndis ſquientibus immergeretur. ego ipſe, qui aderam omnia iſta miſerrima vidi. plurimi etiam narrant illum miſerrimum hominem quondam in ſacro fonte, quo infantes aqua benedicta ablui ſolent, ad ſit reuerentia dictis oletum feciſſe. Hic Bucananus ad rerum publicarum interitum, piorum que principum, qui chriſto nomen dederunt, perniciem natus, cęterique impij heretici cacodæmonis miniſtri Scotorum principem adoleſcẽtem pietate inſignem, pulchritudine, venuſtate, bonarum literarum ſcientia, rerum expetendarum fugiendarumque prudentia, ſi ætatem ſpectes, omnes ſui ſeculi facile ſuperantem, quibus dicitur mirifice vtrumque referre parentem, in ſuam hæreſim, quod omem deus optimus maximus pro ſua bonitate auertat, omnibus blanditiis, atque facetiis ſedulo

Fertur bucananum quondam in ſacro fonte, in quo infantes bene dicta aqua ablui ſolẽt, oletum feciſſe.

Vt princeps ſcotorum cæteros princi pes ſuæ ętatis, ſine ſciẽtiam in bonis literis, ſiue animi virtutes, ſiue corporis pulchritudinem ſpectes, facillime ſuperat, ſit ad res maximas gerẽdas videtur eſſe natus.

Hinc ſciri poteſt poti⁹ impietas le uitas, et in conſtantia, quã inſania et ſtultitia hæreticorũ ſcotorũ, qui mallẽt ſce- leratiſſimi nebulonis Caluini, de quo ante vi ginti annos nemo quic- quam audi uit hæreſi infici quã fidem catho licam, apo- ſtolicam, at que romanã quã mille, & fere qua dringentis annis pro- feſſi ſunt, amplecti.

pellicere tentarunt, & in hoc vno ſemper occupati fuerunt, vt ei perſuaderent, præter ſuã impiam, peſtiferam, & deteſtandam hæreſim caluinicam, nullam veram, & catholicam vel fuiſſe, vel eſſe religionem. Sed cum pius princeps forte ſæpius audiret (hæc nobis publica fama refert) quoſdam catholicos cum iſtis impiis Caluinicis diſputare, nec cum illis de re propoſita potuiſſe conuenire, ſed hunc affirmare, illum negare, hunc pro papiſta, id eſt catholico, illum inter Caluinicos numerandum eſſe, id eſt de grege illorum ſceleratiſſimorum hæreticorum habendum eſſe, qui peſſimi, & miſerrimi hæretici fuerunt, illico intellexit pius princeps inſtinctu afflatuque diuino perfuſus, præter impiam doctrinam Caluini fuiſſe quandam religionem, in qua vixerant quõdam, & adhuc quam plurimi boni Scoti viuũt his mille, & quadringentis fere annis, qui ſalutem conſecuti fuerant, & de impio Caluino nihil vnquam audiuerãt, cum ante fere viginti annos hæreſis miſerrimi Caluini nondum ab inferis adhuc prodierat. tandem fertur pium principem dixiſſe ſe velle viuere in ea fide, & religione, quæ vna eſſet omnium pręſtantiſſima, & ſe putare eam ipſam eſſe, quam ſua mater pientiſſima & prudentiſſima princeps probat ac profitetur. Cæterum hic non poſſum nõ admirari iſtos impios cacodœmonis miniſtros excæcatos iudicio, orbatos ſenſu, priuatos ratione, & vt apparet a deo reprobatos, qui vellent

vellent perſuadere inuito deo, eccleſia catholica repugnante, recta ratione contradicente, pio principi doctrinam, ſiue hæreſim caluinicam eſſe catholicam, cum catholicon grece ſignificet id quod eſt vniuerſale, & commune, ac generale. nũc quære vbi eſt iſta generalitas? vbi eſt a communitas, ſiue vniuerſalitas, cum ſoli iſti inſani miniſtri Scoti hanc impiam doctrinam profiteantur. In hac eadem hæreſi & inſania fuerunt quondam hæretici donatiſtæ, qui voluerant atque contenderant ſolam ſuam hereſim eſſe doctrinam catholicam in vna tãtũ exigua parte Aphricę, quos Diuus Auguſtinus tanquam ſtultos, & inſanos irridet, & cõtra quos diſputat tomo ſecundo, epiſtola quadrageſima octaua. Poſtea adhuc in eadem epiſtola diuum Auguſtinum audiamus citantem quædam loca ſacrę ſcripturæ contra donatiſtas, quę omnia pro nobis catholicis non parum faciunt contra iſtos impios & imperitos miniſtros, qui in ſua ſola Scotia, vt in minimo angulo mundi volũnt ſuam im-

eſt id quod eſt vniuerſale, ac generale de quo Dauid cecinit: in omnẽ terrã exiuit ſon⁹ eorũ et vt apoſtoli, ſic & catholici in iis quæ ſunt fidei ſemper, inter ſe conueniunt, at hæreticorũ ſonus exiuit in minimos, particulos terrę vna enim eſt inſula, in qua Angli et Scoti habitãt, & tamẽ in ſua hæreſi nõ cõueniũt, cũ Angli ſint lutherani, Scoti vero caluiniani, ſed ſed fides omnium catholicorum, quæ eſt vna & eadẽ ſplendet & lucet in toto orbe terrarum.

Mirum eſt miniſtros ſcotos nõ tã mẽdaces et impudentes quã eſſe inſanos & omni iudicio priuatos qui omnib⁹ modis ſtudent hominibus incautis, & indoctis perſuadere ſuam ſynagogam caluinicam eſſe catholicam, cum tantum ſit diſcriminis inter ſynagogam caluinicam et eccleſiã catholicã, quãtũ eſt inter tenebras et lumen. nam catholicum

Leuitas & inconſtantia Anglorũ, qui ter, vel ſępius a fide catholica defecerunt, vel ex hoc vno facile intelligi poteſt quidam Scotus cũ per Angliã ſe in Scotiã conferret, quendam Anglum interrogauit, in qua fide nunc viueret Angli, reſpondit id totũ penes principem eſſe, quæ ea de re nihil adhuc decreuerat, ſed expectãdum eſſe,

piam hæreſim eſſe ſolam doctrinam chriſti, quam Itali negant, Hiſpani non agnoſcunt, Germani doctrinam Caluini deteſtantur, Galli mirum in modum illam oderunt, & contra quam perpetuo bellum gerunt, ipſi Angli, quia ſunt lutherani, Caluini doctrinam libenter non recipiunt, niſi quatenus quamcunque doctrinam, quę repugnat ſedi apoſtolicæ, libẽter amplectuntur. At doctrina chriſti, quæ eſt catholica eſt fuſa atque diſperſa per totum orbem terrarum, vt ipſe deus, qui mentiri neſcit, per malachiam Prophetam primo capite teſtatur, non per impium caluinum, nõ per ſceleratum lutherum, non per perditum Knox Scotum omnium bonarum literarum plane imperitum, Scortatorem inſignem, non per peſſimum donatum, neque per aliquem hæreticum, qui ita loquitur, ab ortu ſolis vſque ad occaſum ſacrificium mundum offertur nomini meo, & actorum, apoſtolorum primo capite chriſtus aſcenſurus in cœlum ſit locutus eſt ſuis diſcipulis, non iſtis impiis hæreticis: eritis mihi teſtes in hieruſalem & in tota Iudæa & Samaria, & vſque in fines terræ, quia in omnẽ terram exiuit ſonus & in fines orbis terræ verba eorum. Et tu contradicis (inquit eius Auguſtinus (diuinis teſtimoniis tanta firmate roboratis, tanta luce manifeſtatis. Videamus adhuc diuum Auguſtinum tomo decimo in expoſi- *quid concilium quod habetur londini de fide ſtat ueret noſtra, inquit, ſemper mutatur cũ principe fides.*

tione ſymboli, ſermone ſecundo de eccleſia catholica ita ſcribentem ſciẽdum eſt quod eccleſiam credere, non tamen in eccleſiam credere debeamus, quia eccleſia non eſt Deus, ſed domus Dei eſt. Eccleſiam dicit toto orbe diffuſam, quia diuerſorum hæreticorum eccleſiæ, ideo catholicæ non dicuntur, quia per loca, atque per ſuas quaſque prouincias continentur, hæc vero a ſolis ortu vſque ad occaſum vnius fidei ſplendore diffunditur. Idem Auguſtinus eodem tomo de traditione ſymboli, ſermone ſecundo ita ſcribit. Credo ſanctam eccleſiam catholicã. Bene ſymbolum eccleſiam catholicam nominauit, & ſanctam, quia multæ eccleſiæ hæreticorum ſunt, ſed quæ non eſt catholica, nec ſancta dici poteſt. Pręterea progrediamur & audiamus diuum Auguſtinum tomo ſecundo, epiſtola centeſima ſexageſima ſecunda, vbi principatum romanæ ſedi tribuit, cuius verba hæc ſunt, cum ſe videret & romanæ eccleſiæ, in qua ſemper apoſtolicæ cathedræ viguit principatus, & cæteris vnde euangelium ad ipſam Aphricam venit. Nam cum aliæ omnes eccleſię, quibus apoſtoli pręfuerũt, a fide deficerent, ſola hæc ſancta, & Apoſtolica, mater omnium eccleſiarum chriſti eccleſia, per omnipotentis Dei gratiam a tramite apoſtolicæ prædicationis nunquam erraſſe, nec hæreticis nouitatibus deprauanda ſuccubuiſſe probatur, ſed quam ab exordio fide chriſti a

principatũ, excellentiã præſtantiam que tribuẽtem.

Ex verbis diui Auguſtini hic ſciri poteſt, quid ſit diſcriminis inter eccleſiã catholicã, & ſynagogam hæreticorum.

Hic nunc hęretici, quamuis inuiti, & cũ ſuo nõ tã dolore, quam ſummo decore, & extrema ignominia audiãt diuum Auguſtinũ nõ impij caluini ſynagogis, non ſcelerati lutheri cõuẽticulis, ſed romanæ eccleſiæ

ne normam ab ipſis apoſtolis accepit, in ea ſẽper illibata permanſit. defecit hieroſolymitana eccleſia, cui præſcedit Iacobus: defecit achaia, vbi Andreas: defecit Aſia, vbi Iohannes? defecit India, vbi Thomas: defecit Perſis, vbi Iudas: defecit æthiopia, vbi Matthæus: defecit Phrygia, vbi Philippus: defecit Græcia, vbi Paulus: ſola fuit, & eſt eccleſia romana, ad quam, ſicut præclare ſcribit diuus Cyprianus, libri primi epiſtola tertia, nunquam acceſſum habere potuit perfidia. Et Paulo ante eadem epiſtola ita ſcribit. poſt iſta adhuc in ſuper Pſeudo epiſcopo ſibi ab hæreticis conſtituto, nauigare audent, & ad Petri cathedram atque ad eccleſiã principalem, vnde vnitas ſacerdotalis exorta eſt. hic vides Impudentiſſime hęretice ſantiſſimum Martyrem Cyprianum principem & primum locum in eccleſia romane ſedi tribuere. Et adhuc in eadem epiſtola ita ſcribit, neque enim aliunde hæreſes obortæ ſunt, aut nata ſunt ſchiſmata quam inde, quod ſacerdoti Dei non obtemperatur, nec vnus in eccleſia ad tempus ſacerdos, & ad tempus iudex vice chriſti cogitatur. Hic vides inſane heretice diuum Cyprianum tempore euangelij velle eſſe vnum primum & principem ſacerdotem, quẽ *caluinus neque ſuperiorem admittunt, neque inter ſe conueniunt, contra qui ſunt in eccleſia catholica, & apóſtolica ſummum pontificem ſuum ſuperiorem, vicarium chriſti, ſucceſſorem diui Petri honorãt atque ſalutant.*

Ille ſãctiſſimus Cyprianus, martir glorioſus, antiquorũ doctorum dulce deos eccleſię catholicę, apoſtolicæ, atque romanæ, fert facile primas.

Fœtidiſſimi hęretici hęc vel una ratio diui Cypriani vos cõuincit omnes, quod in eccleſia catholica, apoſtolica, atque romana ſit vnitas ſacerdotalis, at vos nullam vnitatẽ agnoſcitis, quia lutherus et

omnes alij vice chriſti agnoſcere debent. Et diuus Hieronymus ad Damaſon pōtificē prima epiſtola ita ſcribit: ego nullum primum, niſi chriſtum ſequens, beatitudini tuę, id eſt cathedrę petri, communione conſocior: ſuper illam petram ædificatam eccleſiam ſcio. quicunque extra hãc domum agnum comederit prophanus eſt. Si quis in arca Noe non fuerit, peribit regnante diluuio. Idem diuus Hieronymus ad Damaſon ſecūda epiſtola ita ſcribit. Ego interim clamito, ſi quis cathedræ Petri iungitur, meus eſt. adhuc diuus Hieronymus ad Pammachion & oceanum ita ſcribit. quiſquis es aſſertor nouorum dogmatum, quæſo te, vt parcas romanis auribus, parcas fidei, quę apoſtoli voce laudata eſt. Cur poſt quadringentos annos docere nos niteris, quod ante neſciuimus, cur profers in medium, quod Petrus & Paulus ędere noluerunt? vſque adhunc diem ſine iſta doctrina mundus chriſtianus fuit. Illam ſenex tenebo fidem, in qua puer natus ſum: hactenus diuus Hieronymus. Idem poſſumus dicere, cur impudentiſſime nebulo Knox, aut quiſquis es, qui eius doctrinam probas, cur poſt mille & fere quadringentos annos Scotos indoctos, & rudes, docere niteris, quod ante neſ-*ſcribenda.*

Teſte diuo Cypriano omnes hæreſes, atque ſchiſmata in eccleſia Dei nata ſunt, ex eo, quod vnus ſacerdos vice chriſti in eccleſia dei non agnoſcitur, id miſerrima Anglia nunc ſentit, Scotia infeliciſſima idem probe nouit. Hęc diuina verba diui Hieronimi, quorum pro ſede catholica, apoſtolica, atque romana, ipſe meminit, in aureis li-

Oportuit Scotos fuiſſe truncos fungos, ratione orbatos, ſenſu priuatos, deum contempſiſſe, ſuam ſalutem minimi feciſſe, aut ab aliquo cacodæmone, quod potiſſimum eſt credēdum, totos poſſeſſos fuiſſe, qui paſſi ſunt

teris ſunt

ciuerunt. Scribitur etiam apud diuum Lucam vigeſimo ſecundo capite chriſtum diuo Petro ita loqui ecce ſatanas expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticum: ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos. Cyrillus explicans iſta verba ita ſcribit, hæc dixit chriſtus, vt oſtẽdat, quod homines nihil exiſtentes, quantum pertinet ad humanam naturam, & lubricum mentis noſtrę non decet, vt præeſſe cęteris velint, & ideo omiſſis cęteris venit ad Petrum cæteris prǽlatum. Ita etiam ſcribitur vndecimo capite diui Iohannis. Vnus autem ex ipſis, Caiphas cum eſſet pontifex anni illius, dixit eis vos neſcitis quicquam, nec cogitatis, quia expedit nobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Hoc autem a ſemetipſo non dixit: ſed cum eſſet põtifex anni illius prophetauit, quod Ieſus moriturus erat pro gente. Diuus Chryſoſtomus hęc verba explicans, ita ſcribit vide quanta ſpiritus ſancti virtus eſt. a mente enim mala valuit verba proferre prophetię. Vide etiam quanta ponti-

Cur iſti inſani hæretici, ſiue potius arcadica pecora ita redent, & inſaniunt, & contra ſummum pontificem, quaſi non eſſet vicarius chriſti, & ſucceſſor diui Petri, perpetuo clamitant cur chriſtum mẽtiri volunt, & vnitatem, quam ipſe diuum petrum ſuum vicarium, conſtituens, in ſua eccleſia fieri voluit, collere laborant. ſolutio eſt in promptu: non enim eſſent miniſtri cacodæmonis, niſi mentirentur.

ſe a mõſtro Knox mixi me deteſtãda, nebulone ſceleratiſſimo, ſycophanta aſtutiſſimo et omnium bonarum literarũ imperiſſimo, ſcortatore nobiliſſimo, quẽ fertur cum ſua nouerca rem habuiſſe, præſtigiatore maxime inſigni, reipublicæ peſte, adoleſcẽtium pernicie, eccleſiæ catholicæ labe atque ruina, tã facile eiꝰ hæreſi ĩfici, lere atq; perire.

ficalis virtus,poteſtatis, Põtifex enim affectus etiam indignus exiſtens, tamen prophetauit, neſciens quid diceret, ore enim ſolum vſa eſt gratia, contaminatum autem cor non tetigit. Scribitur etiam apud diuum Matheum vigeſimo tertio capite chriſtum locutum fuiſſe hęc verba turbis & diſcipulis: ſuper cathedram Moyſi ſederunt ſcribę & phariſęi. Omnia ergo quęcunque dixerunt vobis, ſeruate & facite: ſecundum opera vero eorum nolite facere, dicunt enim & nõ faciunt. Idem diuus Chryſoſtomus hæc verba explicans, ita ſcribit. Sicut aurum de terra eligitur, & terra relinquitur: ſic & auditores doctrinam accipiant, & mores relinquant. Frequenter enim de homine malo bona doctrina procedit: ſicut autem & ſacerdotes melius iudicant propter bonos, Malos docere: quam propter malos bonos negligere. Vides hic impie hęretice te chriſto admonẽte intẽtum debere eſſe doctrinę, ſiue prędicationi, non autem moribus ſacerdotis, tu vero cõtra ſemper inueheris in malos mores ſacerdo-*pite ſcribit, quibus ſacerdotum honorem cõmendans, inſectatoribus mortem eſt interminatus.*

Audiamus quam alienus optimus ille imperator fuit a moribus iſtorum impiorum hæreticorum.

Aiunt optimum imperatorem dixiſſe, vt Theodoritus primi libri vndecimo capite ſcribit, ſi forte oculis conſpexiſſet ſuis epiſcopum alienum totum labefactantem, ſe obiecturum paludamento ſceleratum facinus, ne cui forte cruentum illud viſum noceret.

Miris modis: impii miniſtri huic præcepto chriſti repugnant, qui neglectis, atq; plane contemptis iis, quæ ſumus põtifex & cæteri qui prę ſũt & eccleſię, præcipiunt, tantum in eorũ, ſi qui ſint mali, inuehũtur moros, longe aliter ſenſit ille pius imperator conſtantinus magnꝰ, qui præſides in prouincias miſit, vt theodoritus primi libri ſecundo ca

tum. Soli Lutherani dicũt ſe veram fidem habere. Sed vix videtur firmus & validius argumentum ad refellenda eiuſmodi monſtra, quã, quod vnitatem & concordiam eccleſiæ mirũ in modum oderunt, contra vero catholici, vt diuus Auguſtinus eadem epiſtola, quæ eſt quadrageſima octaua ſcribit, diabolicam ſeparationem deteſtantur. Poſtremo vno verbo attingam illud, quod illi impij hęretici pro firmiſſimo principio habent. Dicunt ſe nihil admittere, neque concedere velle nobis catholicis, niſi quod ſit ſcriptum in veteri, vel nouo teſtamento, ſiue in ſacra ſcriptura. Nunc ab eis quæro, vbi in veteri teſtamento ſcriptum fuit ante Moyſem? quod oportuerat omnes mares Iudeos ab ipſo Abraham vſque ad Moyſem circundi, cum nondum data fuerat adhuc lex Moyſaica, & tamen niſi circunciſi fuiſſent, actum de eorum ſalute fuiſſet teſtante domino decimo ſeptimo capite geneſeos: Maſculus cuius pręputij caro circũciſa nõ fuerit: delebitur anima illa de populo ſuo. Scribitur etiã deuteronomi trigeſimo ſecundo capite: interroga patrem tuum, & anuntiabit, tibi maiores tuos, & dicent tibi. Vides hic hęretice de eo quod ſcriptum fuit nihil dici, neque ſcripturę mentionem fieri. Cęterum ad nouum teſtamẽtum

Videamus quomodo hæretici repugnant iis quæ diuus Paulus ſcribit ſecunde epiſtolæ ſecundo capite ad timotheum confortarẽ gratiã, quæ eſt in chriſto Ieſu & quę audiſti a me per multos teſtes, et hęc conuenienda fidelib⁹ hominibus hic de ſcriptis nulla fit mentio: ſimiliter diuus Dionyſius primo capite cœleſtis hierarchię ita ſcribit per quem ad patrem principale lumen acceſſum habemus, ad ſanctiſſimarum ſcripturarum intelligentias (prout illas a patribus accepimus) contuendas. Sic loquitur Iob.12. in antiquis eſt ſapientia.

veniamus diuus Paulus ſecundæ ad theſſalonicēſes ſecundo capite ita ſcribit tenete traditiones,quas didiciſtis,ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam noſtram Sed mendaces, & impudentes,atque reprobati hęretici,quia hic locus & cęteri eiuſmodi vobis maximum faceſſunt negotium, negate audacter more veſtro quicquid contra vos facit,negate has epiſtolas eſſe diui Pauli, aut, vt facilius vos omni metu hinc liberetis dicite epiſtolas eſſe mendoſas, aut aliquid ſupereſſe,aut ſaltem deeſſe,aut aliter quam verba prę ſe ferunt,explicandas eſſe. Etiam tum demum diuus Iohannes vltimo capite ſui euangelij ita ſcribit: ſunt autem & alia multa,quæ fecit Ieſus: quę ſi ſcribātur per ſingula, nec ipſum arbitror mundum capere poſſe eos qui ſcribendi ſunt, libros. Præterea quis niſi expers mētis negabit diſcipulos apoſtolorum multa ab illis, & prædicantibus, & docentibus audiuiſſe,quæ Apoſtoli non ſcripſerunt.Hęc, & multa alia pene infinita contra eiuſmodi mōſtra afferri poſſunt. Interim omnium miſerrimorum hæreticorum vnum pene dederam obliuioni.Quidam fuit hęreticus, qui iam fere ante quinquaginta annos hæreſeos accuſatus,atque conuictus erat tempore, quo adhuc vixerat reuerendus archiepiſcopus ciuitatis ſancti Andræ Iacobus Beton, qui niſi mox palinodiam ceciniſſet, viuus ardētibus flammis ſublatus fuiſſet. Id iam cum videret

Eſaiæ.38. pater filiis notā faciet veritatem ſuā, neque de iis, quæ ſcripta ſūt, neque hic de miniſtris cacodæmonis nunc recens ab inferis profectis quicquam audiatur. Si nihil eſt credēdum, niſi quod ſacra ſcriptura dicit, quomodo impudentiſsimus Caluinus audet docere infantes ſine baptiſmo ſalutem conſequi poſſe et neminem ſine prædicatione de ſacro fonte leuari deberi.

regem Iacobum quintum fidei catholicę acerrimum propugnatorem defunctum eſſe,& Iacobum Stuartum priorem ciuitatis ſancti Andreę,eius filium, at non ex legitimo toro procreatum, quem ipſe miſerrimus ſycophanta cum bucanano ſua hęreſi infecerat,atque omnino perdiderat, omnia monaſteria, & ſacra loca euertentem atque ſpoliantem, cum etiam iam ſeptuageſimum annum attigerat, mulierẽ quandam,eamque vetulam, quę propter ętatẽ actam & decurſam parere nõ potuerat (annos enim ſeptuaginta nata erat,aut plus eo,vt plurimi dicebant) amare cepit. Interea impudens hęreticus, cum publice cum illa ſcortaretur, nomine matrimonij putabat ſe pręclare pretexuiſſe nomine culpam. Cum eius mulieris filius forte tunc ſtuderet hic pariſiis, domino Symſoni doctori theologo Scoto, viro pio & docto interroganti, quomodo mater mulier clarogenere nata,quę videbatur ſemper honeſte vixiſſe,nunc vetula & decrepita cum ſacerdote, eoque moribundo monacho publice ſcortaretur, illico reſpondit preſtare nubere quam vri. Bis hic bonus iuuenis peccauit, & quod publicam ſcortationem appellauerat in matrimonium,cum matrimonium ſit tantum legitimarum perſonarum, & quod vetulam breuiſſime moriturã,& citius quam dici poſſit ad ſepulchrum efferendam, fœdiſſima libidine,quę beſtiis cum hominibus eſt communis, eoque magis fugienda, eam titillari atquę totã

Quidam monachus nomine vinrop qui ſeptuageſimũ attigerat annum cũ ana decrepita publice eſt ſcortatus,neque tamen,vt par fuerat miſerrimus ſycophanta pœnas dederat.

Quondam in Scotia magno vitio vertebatur mulieribus publico in loco ſacerdoti loquentibus vel eius cubiculũ ingredientibus

inflãmari dixerat. Certe debuit honeſtius reſpondiſſe, & maiorem reuerentiam impudicitię matris habuiſſe, atque lõge modeſtius peccatum eius excuſaſſe. Hinc facile ſciri poteſt, quam miſere agitur cum iſtis qui ab hereticis vel erudiuntur vel educantur, quia quę primũ in teneras mentes ac pectora puerorũ infũdũtur, vix, aut ne vix vnquã auelli poſſunt. Alius erat miniſter quẽ nũc poſtremo loco affero, q non contentus vna muliere, ſuam etiã ancillã vitiauit, & tandem ex freqnenti cõcubitu grauidam fecit. Quamobrem coactus eſt tribus diebus dominicis publicam pœnitentiam coram foribus ſynagogæ facere, qui cum lachrymare non potuerat, vlulauit, & partim quibuſdam herbis, neſcio quibus, ſatis amaris, & ad modum pungentibus, partim vi lachrymas expreſſit, & ita non paruas pecunias ſycophanta a populo incauto & imprudenti expiſcatus eſt. Hę ſunt aſtutię, technę ludi, atque ioci iſtorum miſerrimorum miniſtrorum, qui optime norunt vti foro. Hoc tamen quod nouiſſime omnium intellexi ſilentio non eſt pretereundum. quando ſunt aliqua duo, quorum vtrumque eſt bonum, & adeo probatũ, (de eo loquor quod ad pietatem ſpectat) fere ſemper id quod eſt minus bonum hæretici miniſtri eligunt,

quibus nũc licet impune cõtra legẽ diuinam cum ſacerdotibus publice ſcortari. pſal. 75. vouete & reddite domino deo veſtro eccles, 5 ſi quid vouiſti deo, ne moreris reddere omnes ſacerdotes vouent ſe caſte & pudice victuros.

Fertur huc præſtigiatorem ſacco indutum coram foribus ſynagogæ edinburgi, quę eſt princeps vrbs Scotiæ tribus dominicis, vt pœnitẽtiam nonam & mandicam ageret, toto ſpectante ſtetiſſe.

Maxima eſt impietas miniſtrorum cacodęmonis quod duorum bonorum propoſitorum, id quod eſt minus bo-

veluti virginitas, & matrimonium vtrumque eſt bonũ, ſed vt diuus Paulus aperte oſtẽdit ſeptimo capite primæ ad Corinthios, virginitas tamen matrimonio eſt præferẽda. Qui (inquit) matrimonio iungit virginem ſuam bene facit, & qui non iungit melius facit. At nunquam videbis miniſtros libenter de virginitate loqui: neque vſquam monaſteria, aut ſacra loca eſſe, in quibus virgines habitant, vbi hæretici dominantur, vt neque in Scotia, neque in miſera Anglia, quæ ſua hęreſi totum orbem terrarum partim inficit, partim perturbat, partim aſſiduo bello vexat, neq; in Germania, & pauca in hybernia, nulla autem, vbi Angli hæretici dominantur. de his iam ſatis. Tandem eo redeo, vnde paululum digreſſus fueram, vt ſuccurrerem, quantum in me fuerat, eccleſiæ catholicæ, (prô dolor) negligentia eorum, quorũ intereſt eius ſaluti proſpicere, quotidie magis, atque magis impietate, atque inſania hæreticorum pereunti, cui vtinam omnes catholici principes relictis iſtis mortalibus, atque caducis rebus, quam ocyſſime ſuccurrere vellent, ſi tamen adhuc aliquid prius dixero pro defentione fidei catholicæ apoſtolicæ atque romanæ Scribit diuus Ambroſius in oratione funebri de exceſſu fratris ſui Satyri iam morituri: hæc verba aduocauit (inquit) ad ſe epiſcopum, nec vllam veram putauit, niſi veræ fidei gra-

num ſemper eligant, veluti virginitas et matrimonium vtraque bona ſunt, ſed virginitas matrimonio longe eſt anteferenda, attamẽ omnes iſti ſycophantæ reiecta virginitate, matrimonium eligunt, & miris laudibꝰ efferunt, ne verbum quidam de virginitate faciunt, imo virginitatẽ omnino oderunt.

Anglia, que nulle modis generam impietate ſuperat, totum orbem terrarum ſua hæreſi infecit.

tiam percunctatuſque ex eo eſt vtrum nam cũ epiſcopis catholicis, hoc eſt cum romana eccleſia conueniret: & forte & ad id locorum in ſchiſimate regionis illius eccleſia erat. Hic vides diuum Ambroſium eccleſiam catholicam & romanam pro eadem habuiſſe. Idem diuus Ambroſius libri tertij de ſacramentis capite primo, ita loquitur. Non ignoramus quod eccleſia romana hanc conſuetudinem non habeat, cuius typum in omnibus ſequimur, & formam, & Paulo poſt ita ſcribit, in omnibus cupio ſequi eccleſiam romanam. De præſtantia romanę eccleſiæ ſcribit etiam Sozomenus libri ſeptimi eccleſiaſticæ hiſtoriæ capite quarto Gratianum imperatorem ſe velle tantum agnoſcere fidem eccleſię romanæ ibi ita ſcribitur: ſignificauit autem per eam velle ſe, vt cuncti ſubditi eam religionem retinerent, quam vertex apoſtolorum Petrus romanis initio tradidiſſet, ac tum damaſſus romanus epiſcopus cuſtodiret. De his ſatis, nunc ad rem redeo. Quarto loco per Baſilidem hęreticum, Marcion, & manes hæretici excitati fuerunt, qui diſputantes de cauſa peccati affirmarunt eorũ quæ ſunt, duo eſſe principia contraria atque coeterna, bonum & malum, lumẽ & tenebras. Præterea etiam Stoicorũ neceſſitatem in omnibus actionibus humanis bonis, & malis defenderunt. Poſtremum locum occupat hęreſis pelagij, qui bonis operibus & meritis propriis hominis ſalutem, & vitam æternam, quæ ex-

Nõ ſine numine diuino id factũ eſſe puto, quod diuus Ambroſius eccleſiam catholicam & romanã pro eadem haberi volebat.

Diuus Ambroſius, dũ viueret, totius orbis terrarum illud clariſſimum lumen in omnibus ſe accõmodauit romanæ eccleſiæ.

trema dementia eſt, tribuere ſolebat. plurima etiam alia membra maligni ſpiritus fuerunt, qui ſuis incantationibus, arte magica, & aliis deluſionibus populum rudem, ignarum, & ſacrarum literarum imperitum mirum in modum decepit & a fide chriſti auertit, atque mũlta alia, quæ erãt certa & firmiſſimis rationibus confirmata, & iam ſatis ſtabilita, in controuerſiam atque ambiguitatẽ adduxit, veluti ſpiritus ſancti proceſſionem, ſanctorum inuocationem, & pro defunctis, qui ſunt in purgatorio pręces fundẽdas, & cętera eiuſmodi plurima, quæ omnia per impios ſuos miniſtros deſtruere molitur.

Caput ſecundum.

Hæretici noſtri tẽporis nihil habẽt, de quo diſputent præter hæreſis ante multa ſecula extinctas atque ſepultas.

Videtur ſatanas inimicus Dei & charitatis omniũ hæreſeõ & falſarũ doctrinã quẽdã cumulum iã pridem aggregaſſe, & hoc miſerrimo ſeculo in capita omniũ catholicorum de improuiſo fudiſſe. Præterea hoc dedecus æternum gentiſque infamia ſuæ eſt, quod eiuſmodi hæretici ſcelerati, atq; perditi, cõmunes pernicies adoleſcentũ, peſtes rerum publicarũ hæreſim ante mũlta ſecula refutatã, ſepultrã, atq; dãmatã recens ab inferis excitarint. Adhuc hoc omniũ peſſimũ eſt, quod malignus ſpiritꝰ ſiue cacodęmon ſuã hęreſim in Gallia ſeminauit, quæ quõdã in iis quæ ad fidẽ catholicã ſpe-

ctát, ſola omnibus regnis (Italiā ſemper vbi eſt ſedes romana, excipio) ornamento fuit maximo. Hic muſę locum ſuum tenuere: hic quōdā non niſi bonos ac ſtudioſos viros licuit reperire, & vt vno verbo dicā, fere ſola regna gallorū mōſtris carruere. Nūc noſtro miſerrimo tēpore nata eſt hęreſis Geneuę, authore Iohāne Caluino galio, omniū hominū ſi in hominibus ſit numerād⁹, quos terra alit, & ſuſtinet ſceleratiſſimos, qui deo contēpto, iure diuino, atq; humano violato (deus optime maxime terris talē auertito peſtē) nouā hæreſim nūc recēs ſeminauit, ſed adeo, tetrā, horridā, peſtiferā, pernicioſā atq; dānoſam, (de qua cū loquor tacituſue recordor, totus horreo, atq; tremiſco (vt omnes reſpublicas, ad quas penetrat, facillime ſuo veneno inficiat, inimicitias pariat, famē, peſtē, ſecū attrahat, populos contra principes ad arma vocet. Huic rei nobis teſtimonio ſūt, vt cætera regna omittam, Gallia, Flādria, Scotia, quę hac hęreſi infecta mendato dei omnino contēpto, contra ſuos principes arma ſumpſerūt. Cęterū hæretici Scoti, potiſſimum eos, qui principum nomine gaudent, intelligo, adeo ſunt eccleſiarū, monaſteriorum, quorum alia ſolo ęquarūt, nōnulla in arces munitiſſimas, & propugnacula belli mutarunt, rapinarum, ſacrilegiorū, nō dicam furtorum, incenſi atq; inflammati amore, vt mallent mori, quā non armis male parta tueri. Cum non ita pridem tantum ſuis patrimoniis atq; agris Scoti pĩcipes cōtēti viuerēt,

Gallia muſarū ſedes, quondam, vt recte dicit diuus Hieronym⁹ mōſtris carnit, & omnibus ad bene beate que viuendum exemplo fuit.

Lernam omnium malorum ſecum trahit hereſis.

Recte dixit Marcus tullius nullum vitium eſſe tetrius, quã auaritiam præſertim in principibus & rem publicam gubernantibus id quod eſt iam notiſsimum in principibus Scotis non tam hæreticis, quã plane atheis, de quorum impietate & crudelitate in deum optimum maximum nemo pius ſine lachrimis loqui poteſt.

eorum alii decem, alij viginti: aut plures, quos pro famulis habuere, nutriuerunt, nunc quam egregiam laudem & ſpolia ampla reportant, quod deum contempſerint, virginem Mariam dei matrem pro nihilo habuerint, imagines ſanctorum lacerauerint, ac combuſſerint, & tãquam lupi inſani ſepulchra ſanctorum violauerint, ne cruci quidem chriſti pepercerint, memoriam eius omnino tollere laborauerint, & nunc demum, cum omnia videantur poſſidere, vix duo nudi ſerui iſtorum clariſſimorũ principum greſſum comitatur herilem. Nunc ad inſaniam Iohannis Caluini redeamus, vt hominis arrogãtiſſimi & ſuperbiſſimi, ita omnium hęreticorum, qui ſuo tempore vixerunt, miſerrimi, & omnium fere bonarum literarũ imperitiſsimi. Hoc monſtrum grammaticam vix ſummis labris attigerat, Gręcas, Hebraicas, Caldaicas, Syriacas literas nondum audiuerat, rabbinorum comentarios, ex quorum lectione atque interpretatione, vera verborum notitia, ſin minus ſenſus, eſt haurienda, non nouerat, philoſophiam aut theologiam non viderat, mathematicorum ſcientiam non didicerat, & tamen huius ſycophantæ venenum hęretici Scoti tanquam omni ratione priuati, ſenſu communi orbati, eccleſia catholica, apoſtolica, atque romana, quę nunquã a fide chriſti defecit, contempta, atque omnino reiecta,

Summa ignorantia Caluini in bonis literis cũ Graui & intollerabili arrogantia.

ſunt

ſunt ſecuuti. Mirum eſt tantum, non tam audaciam, quam ſummam impudentiam cuiquã homini innatam eſſe, vt illius horrendi monſtri, quod non modo catholici, verumetiam omnes fere hæretici, tanquam quẽdam impiũ cacodæmonem deteſtati ſunt, vnus tamen ſit repertus tandem Theodorus Beza eius ſucceſſor, homo (ſi in hominibus tale monſtrum numerari poſſit) garrulus, mẽdax, & impudẽs, qui in præfatione cõmentariorum ſuorum in librum Ioſuæ, Caluinum præceptorem ſuum, patrem, & amicum appellat, laudibus ad ſidera extollit, & fere ipſis angelis æquat, & quaſi in prima parte cœli iſtud monſtrum locãdum cenſet. Præterea eo inſaniæ progreditur tandẽ, ſuum Caluinum laudibus proſequens, vt multa indigna auditu, & contra honorem Dei fũdat inania verba, affirmans deum Caluino eſſe deuinctum, obnoxium, atque obligatum, tanquam ei qui illius honorem & gloriam ſuſtinuerit, & in hac miſerrima ætate hominum fidem chriſti defenderit, ſine cuius labore, induſtria, ac diligentia, gloria dei perdita fuiſſet, & fides catholica penitus periiſſet. Ecce mẽdacia hominis, ecce verba execranda, & deteſtanda miſerrimi hæretici, qui cum ſuo inſano Caluino infinitos fere homines, pluma leuiores, & quauis fœmina mutabiliores, & inconſtantiores ſua impia, & deteſtanda hæreſi infecit atque decepit. In hoc libro (inquit author) oſtendam, quibus moribus, qua pietate vitę, quo

Bezæ hæretici iniquiſſimum iudicium.

Ipſius Bezæ impia, & horrenda, & indigna auditu mẽdacia.

Hic licet audire probitatem huius viri, qui vt hunc librum in Gallicum ſermonem tranſtulit, ſic ego eundẽ egallico ſermone in latinum transferendum putaui.

genere virtutis, qua ſanctitate, quaque doctrina Caluinus ſit præditus, qui omnibus modis ſuam impiam, & deteſtãdam, hęreſim, Idiotis, & imperitis hominibus perſuadere amplectẽdam laborat. Deinde quæ ſpectant ad vitam, & mores ipſius Bezæ Poetę perditi, atque laſciui, omnium vitiorum genere infecti, nec nõ fœdiſſimis, & maxime nefandis corporis voluptatibus, de quibus animus meminiſſe horret, inquinati atque polluti, continuo perſequar paucis. Hic grammaticulus qui anno ſuperiori ſua carmina canebat, nunc ſubito nemine docente ſummus theologus (ſi deo ita viſum eſt) euaſit, epiſtolam diui Pauli ad romanos, vt omnium ſane difficillimam ita omnium epiſtolarum cognitu digniſſimam, interpretandam, atque explicandam ſuſcepit, vbi refutantur atque refelluntur inanes tituli, quibus ipſe B eza ſuum Caluinum, quem nunc patrem, nunc pręceptorem, atque amicum appellat, diuino propemodum dignatur honore. Hic author huius libelli antequam rem propoſitam aggrediatur, ita incipit loqui. Deum optimum maximum teſtor, omneſque cælicolas, tum dæmum vniuerſos viros probos, ac virtutis ſtudioſos, me nulla ira, inuidia, odio, maleuolentia, obtrectatione, aut quauis alia affectione abducendũm, quo minus de Caluino vera dicam. Aliud etiam non parum me mouet, quod erga Deum me valde ingratum exiſtimarem, & conſcientiam meam multum o-

neratam, ſi hunc libellum in lucem non emitterem. Iam multum diuque expectaui, ſi quādo Iohannes Caluinus reſipiſceret, ſuæ ſalutis rationem haberet, ſiue vitę peſſimæ actæ pœniteret, ad eccleſiam catholicam, apoſtolicam, atque romanam, quæ eſt lux orbis terrarum, arx omnium gentium, tum denique extra quā nulla eſt ſalus expectāda, rediret, ſed cum nullam ſpem reſipiſcendi viderem, & hominem ſemper de mala in peius ruere, ac ſuam hæreſim per Galliam, Angliam, Scotiam dilatare, coactus ſuum, id quod ſummis votis Iamdiu experiui, tandem in lucem emittere. Et quemadmodum hic vir doctiſſimus & pientiſſimus Gallus omnibus modis ſtuduit, hunc librum Gallice ſcribendo, prodeſſe ſuis, ſic ego putaui me eundem in latinum ſermonem cōuertendo, ſi non omnibus, ſaltem meorum Scotorum profuturum nonnullis, qui lectione huius libelli, aſtutias, atque calliditates miſerrimorum miniſtrorum cacodæmonis facile intelligere poſſent, vt ſin minus corpore aduerſus iſtos impios miniſtros ſaltem animo, & voluntate meis adeſſe poſſem.

Vt omnes illi, qui non erant in arca Noe in mari miſerrime perire, ſic de iis, qui nō fidē, quam eccleſia catholica, apoſtolica atque romana profitetur, agnoſcunt actum erit.

Tertiuum Caput.

PLato doctor & philoſophus minime ſpernendus, multis Dei donis ornatus, ſibi finxit ciuitatem cuius cuſtodes eſſe voluit timorē & verecundiam, ſiue quibus eſt admodum at-

duum & difficile, non dicam impoſſibile, virginalem ſeruare modeſtiam. Quocũque enim tempore hi duo cuſtodes ſoluuntur in ſomnum, aut ſui officij, aut ſunt obliti laboris, ſtatim ciuitas victa ſuccumbit, reſpublica perit, ratio proſtrata iacet, ciues ſunt deteriores & crudeliores ipſis immanibus, atque efferatis barbaris quorum promiſſa barba, & demiſſi capilli efferant, atque dedecorant ſpeciem, & venuſtatem oris, qui ſunt ſceleratiores ipſis malignis ſpiritibus clariſſimum lumen obumbrantes, atque tenebras veritati offundentes. iſtud in Theodoro Beza facillime intelligi poteſt, qui omnem verecundiam & timorẽ Dei procul a ſe in exilium pepulit, id quod clariſſime omnium oſtendit, cum contra omnem veritatem, & ſuam conſcientiam, Caluinum ſcelere ante alios immaniorem omnes, ſic laudet, & extollat, quaſi ipſe bonitate, virtute, doctrina, omnes qui vnquã fuerũt facile ſuperauerit. Inter cætera dona, quibus illum Deus abunde ornauit, (inquit ille) hoc quaſi præcipuum, ac proprium illi attribuit, quod ſit ſupra modum dulcis, benignus, mitis, & ad omnẽ iniuriam remittẽdam, & condonãdam, non tam facilis, quam facillimus, quamuis hoc ſit falciſſimum, quia Caluinus erat homo mirum in modum iracundus, moroſus, malignus, & in extrema malicia ſua perſeuerans, iram animo ſemel cõceptam nunquam remittens, neque cuiquam condonans. Huic rei ſatis magno nobis poteſt

Hunc perdiſſimum Bezam, qui eſt totus ex fraude & dolo conflatus, maxima & impudentiſſima mendacia ſtultiſſime fundentem, nemo æquo animo perferre poteſt.

eſſe decumēto hiſtoris michaelis vilanouani, vel alio nomine Serueti medici, hominis ſatis arrogantis, & inſolentis, vt ſatis notum eſt eis, cum quibus habitauit apud Riuorium. Anno domini milleſimo quinquageſimo quadrageſimo, qui coactus fuit ob mala, quæ ibi perpetrauerat aufugere, & ſe conferre Viēnam delphinenſem, vnde ſcripſit Caluino habitanti Geneuæ, anno domini milleſimo, quingenteſimo, quadrageſimo ſexto, & miſit Caluino librum ſua manu ſcriptum, & preterea tringinta epiſtolas, quibus oſtendit illius errores ex libro inſtitutionum eiuſdem excerptos, atque correctos, quod maximo dedecori & ignominiæ vertebatur Caluino. Itaque Caluinus literis perlectis, ſæuit inops animi, & atroci, atque incredibili percitus ira, decreuit apud ſeipſum quam ocyſſime interficere ſiue tollere Seruetum, id quod non multo poſt re ipſa oſtendit quadam epiſtola ſcripta cuidā amico Vireto his verbis. Eximio domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruo Petro Vireto lauſanēſis eccleſiæ paſtori ſymniſtæ chariſſimo. Seruetus cupit huc venire, ſed a me accerſitus. Ego autem nunquam comittam, vt fidem meam catenus obſtrictam habeat. Iam enim coſtitutum apud me habeo, ſi veniat, nunquam pati, vt ſaluus exeat. Nunc boni viri, qui chriſto nomen dediſtis apud vos conſiderate, an hęc ſint verba viri dulcis, benigni, mitis, ac facilis ad omnem iniuriam remittendam. Forſitam hęc verba parui ponde-

Caluinus fuit ſupra modum crudelis, implacabilis, atque inexorabilis, nunquam cuiquam quicquam condonans.

Hinc ſcire licet perfidos hæreticos neque, inter ſe neque cum aliis conueniri poſſe, hoc tantū excepto, quod facile ſimul omnes illi impij conſpirent atque cōtra eccleſiā catholicam ſe arment.

ris,exiguique momenti fuiſſent, ſi effectus nõ inde ſequus fuiſſet. Caluinus enim omnibus modis inſidiatus eſt, vt illum miſerum perderet,& vita priuaret, & eam ob cauſam literas ſcripſit cardinali turnonico, qui fuit prorex Galliæ, quibus accuſauit Seruetum hęreſeos, quibus auditis cardinalis non potuit abſtinere a riſu, cum audiret hæreticum accuſare hæreticum, perinde ac ſi latro accuſaret latronem, attamen Caluinus adeo multos ſollicitauit amicos, & ita prudenter apud multos egit per literas, quod tãdem captus fuerat Seruetus,& Lugduni detruſus in carcerem, vnde poſtea forte euaſit.

Caput Quartum.

NOn multo poſt anno domini milleſimo, quingenteſimo, quinquageſimo tertio Seruetus carcere ſolutus proficiſcitur viẽnam, & profectũr⁹ in Italiam quodam die dominico venit Geneuam,vnde ſtatim exire decreuerat,quod nõ parum timuerat Caluinum, quãuis illo die propter priuilegia & ſtatuta, ſiue decreta vrbis, perſuaſit ſibi non ſe in tanto periculo eſſe,tamẽ nihilominus Caluinus reſciſcens eius aduentum in vrbem,continuo miſit ſuum famulum Nicolaum,qui cogeret hominem ſenatuſconſulto obtemperare, & ita Caluinus ſociis breui rem tanto aſtu tractauit, quod miſerrimus ſeruetus ſit condemnatus,

& tandem lento igni combuſtus. Ecce dulcedinem, ecce mite ingenium, animi leuitatem, manſueti humanique animi officia ipſius Caluini fœtidi, horridique hæretici, quibus cõtra Seruetum alterum hęreticum vſus eſt. Quamuis enim hic dignus erat qui hæc mala pateretur, ille tamen ſycophanta Caluinus indignus erat, qui hæc faceret, cum eodem morbo laboraret, eadem hæreſi infectus eſſet. Tum demũ id omnium peſſimum eſt, & contra hunc pręſtigiatorem maxime facit, quod is non ita pridem librum ſcripſerat, & in lucem emiſerat, quo conatus eſt probare hæreticum non debere capite plecti, neque de ſacrilego ſumendas eſſe cum ſanguine pœnas. Cæterum forſitan miſerrimus Caluinus reſpondebit ſe neq; autore neque impulſore ſeruetum ad mortem damnatum fuiſſe, neque de eius morte a ciuibus Geneuę decretum quicquam fuiſſe, ſed id totum ſtatutum atque decretum fuiſſe a ciuitatibus vicinis, quæ fœdere amicitiæ cum Geneua ſunt coniunctæ atque conſociatæ. Sed hęc excuſatio eſt falſa, abſurda, inepta, & abõnij ratione plane aliena ciuitates enim vicinæ ſunt Zurichium, Berna, Baſilia, quæ de eius morte nihil videntur ſtatuiſſe, quia ciues Zurichij, qui ſunt heluetij ita Geneuẽſibus ſcripſerunt. Veſtrum ſit videre, quomodo temeritatẽ hominis huius coerceatis, de cuius morte ne quidem verbum quidem eſt. Hic lector optime licebit tibi obſeruare mirificam aſtutiam,

Horrẽdam & deteſtãdam feritatem & immanitatem belluæ in figura hominis hæretici, qui tam ſæuum & crudelem aduerſus alterum hęreticum ſe oſtendit.

& calliditatem maligni ſpiritus, qui plerumq; ignarum & imperitum populum nimis credulum, facilem, inconſtantem, atque mutabilē ſub ſpecioſo prætextu, cauſa, ac ſimulatione boni apparētis miſerrime fallit, ac decipit. Hic ſceleratiſſimus hæreticus Caluinus, quo nunquam quiſquā ſceleratior, pertinacior, & crudelior vixit, neque qui fidei catholicæ plus obfuit, aut plus damni, & detrimenti tam breui tempore eccleſiæ chriſti intulit, dignus qui plus millies moriretur, qui vt videretur bonus & fidei catholicæ protector, atque defenſor, alium hæreticū accuſauit, atque crudeliſſimæ morti addixit, qui ſi cum illo conferretur vir ille optimus, & vita digniſſimus videbitur. Pręterea hæc ſunt verba Caluini, quę Petro vireto ſuo amico ſcripſit. Vnum pręterieram Petrum Ameum Cartularium, teneri mea cauſa in carcere iam vltra quindecim dies, nunc crudelitatis accuſor a quibuſdam, quod vltionem tam obſtinato animo perſequar, rogatus ſum, vt me deprecatorem velim interponere, negaui me id facturum, donec mihi conſtet quibus me calumniis grauauerit. Nunc quiſque, qui nomen ſuum chriſto dedit, omni poſt habita affectione, ita, vt pareſt, apud ſe iudicet, an hęc ſint verba eius, qui dulci, leni manſuetoque ingenio natus ſit: an non potius hominis athei, & impij, qui deum prorſus ignorat? tamen nihilominus hic miſerrimus ſycophanta, ne dicam ſceleratiſſimum & crudeliſsimum, homi-

Hinc alia ratione licet ſcire, quam obſtinato, obfirmato, pertinaci, inexorabili, atq; implacabili animo fuit illud deteſtandum monſtrum Caluinus.

cidam & ſicarium, cuius impiam doctrinam, ſiue hæreſim inſani miniſtri Scoti, aut ſi mauis dicere, illi laſciui tauri tāto pere laudāt, q Theodoro Bezæ videtur leniſſimo, ac ſuauiſſimo ingenio natus ſed vt eſt in prouerbio ſimiles habent labra lactucas.

Quintum caput.

HActenus de virtute, ſiue potius vitio Iohannis Caluini diximus, deinde de vita eiuſdē, & moribus, poſtremo de doctrina dicemus. Satis exploratum eſt Caluinum natum fuiſſe Nouioduni, quod oppidum eſt picardię, anno domini milleſimo, quingenteſimo nono, cui pater fuit Girardus Cauuin at vt initium dicendi ſumamus, ab eius rebus geſtis, fuit hic Caluinus, cuius, dum adhuc forte prima tondenti barba cadebat, accuſatus, atque conuictus peccati Sodomitici, ita quod parum aberat, quin viuꝰ combuſtus fuiſſet, niſi epiſcopus eiuſdem vrbis moderatus pœnam curaſſet, vt tantum candente ferro ſpeciem lilij referente adureretur eius humerus. Itaque Caluinus tā-

Hinc facile patet nemi nem poſſe ſatis ſecum fingere, aut animo excogitare quantis pœnis, quot tormentis, & quam crudelibus cruciatibus ſæpe repetitis digni ſunt inſani miniſtri Scoti, qui ipſi ſoli hæreſim impuriſſimi nebulonis Caluini profitentes, rudi & imperito populo, etiam ſatis leui & inconſtātiam eſſe doctrinam chriſti perſuadere laborant.

Eo magis quiſque vir bonus odiſſe debet Caluinum, quo ne incipiens quidem peccare, minimis rebus poſuit rudimenta, ita vt ab initio pueritiæ omni genere turpiſſimi facinoris inficeretur, & a morbo ſodomitico, quod malum horreſco referrens, ei initium peccandi dedit.

to ſuffuſus rubore, tanto que pudore affectus, ac ignominia notatus, quantum verbis exprimere non poſſum, ſtatim relicta patria, omni officio amiſſo,(præfectus enim erat & ſacello, & eccleſiæ)quo functus fuerat,in Germaniam, & Italiam confugit. Tandem fugiendo venit in vrbem ferrarienſem, a cuius duce principe fœmina aliquas pecunias,vt miſerrimus mendicus accepit. Interim non poſſum dare obliuioni, quod ſceleratiſſimus Caluinus dum patriam fugeret,ſæpius ſuum mutauerat cognomen de Cauuin in Caluin, ſiue per ignorantiã hoc fecerat, ſiue quod nomen Caluini aptius, & commodius moribus conueniret ſuis,quod eſſet malignus & maxime vindictæ,& vltionis appetens,quod nomen Caluini iuuenalis decima tertia ſatyra ſignificare oſtendit hoc carmine. At vindicta bonum vita iucundius ipſa. Hic introducit poeta quendam Caluinum hęc verba tanquam vera affirmantem. Aliquando appellauit ſe Carolum heppe vel happe villæ, & hoc nomine omnes ſuas ſignauit literas.

Iuuenalis introducit quendam Caluinum, qui affirmauit vindictam quantumuis dulci auferrendam vitæ.

Caput Sextum.

AGedum non hic quieſcendum: ad alia maiora progrediamur, & videamus primum omnium, quomodo hic venenoſus ſerpens ſuum venenum,hæreſim intelligo,in imprudentum,& incautorum hominum mentes fuſurus,caute, ac latenter in vrbem Geneuam

irrepſit quod acciderat anno domini milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſeptimo, & de iis quę machinatus fuit vbi ad miniſtri munus & officium eſt admiſſus. Hic bonus miniſter in honoribus petendis ſatis ambitioſus, nouā rerum, vt mos eſt omnium miſerrimorum hęreticorum, mirum in modum cupidus, cęteros miniſtros vrbis, quos ſocios, & ſui ſceleris, cōſiliique participes habuit, partim blandis verbis, partim montibus auri promiſſis, facile in ſuam impiam ſententiam pellexit Hi miniſtri fuerunt, quos in ſuam ſententiam traxit, Gulielmus farelus, & Cauraldus, quorum enxilio ad omnes ſuos mathinationes eſt vſus. Omnibus modis hic nouus Satanas, & inimic⁹ chriſti, non ita pridem inferiorum egreſſus domo conabatur eccleſiam catholicam, apoſtolicam, atque romanam deſtruere, & vt hoc facilius faceret, voluit diem dominicum in diem veneris mutari, huncque diem celebrari feſtum, & ab omnibus operibus corporis abſtinendū eſſe. Præterea decreuit id, quam cœnam vocāt hæretici in pane fermentato fieri, non autem azymo ſecundum communem conſuetudinē eccleſiæ romanæ. Sic ſtatum omnes iſti tres eodem conſenſu, conſilio ſpirituque maligno ducti, proceribus vrbis offerunt literas, & duo ſibi concedi poſtulāt, quibus illi reſponderūt, rem eſſe maximi momenti, & ſe oportere pri⁹ eadere cum nobilibus viris vrbis Bernenſis agere, cum quibus amicitia, ſocietate, fœdereq;

Mirum eſt hoc vnum impudētiſſimum atque audaciſſimum monſtrum tantū facinus moliri atq; cogitare, quod nemini vnquā in mentem venit, neque forſitan citra peccatum venire potuit, et tamen nobis diſputantibus nihil cō cedendum putat, niſi quod ſcriptura dicit, cum quotidie nobis nouū & ināditū fabricet euangelium.

Hic videtis vel ipſis hæreticis fatẽtibus vltro, quam periculoſum ſit vel in re minima recedere ab antiqua conſuetudine eccleſiæ optime dixit philoſophus primo de natura vno abſurdo dato multa abſurda ſequi: diuus etiã Paulus pri. ad corinthios vndecimo capite inquit nos talem conſuetudinem neque habere, neque eccleſiam dei vtinam in-

coniuncti fuerant, antequam quicquam de iis quę peterent concludere aut determinare poſſent. Ciues vrbis Bernenſis miſerunt legatos, quibus ſignificarunt, nihil ſtatim & temere, antiquæ conſuetudinis mutandum eſſe, neque ſine ſcandalo, id eſt offendiculo, aut ruina reipublicæ mutari poſſe, neque mutationem, ſi fiat, aliquid commodi allaturam, ſed breui fore conuentum in vrbe Lauſana, vbi de illis duobus articulis liceret agi, & quod ibi concluderetur, obſeruatum iri. Non longo poſt tempore comitia habita ſunt, atque illi tres miniſtri vocati ſunt Farelus, Caluinus, & Cauraldus, & & amiciſſime rogati, vt primariorum virorum vrbis Bernenſis voluntati acquieſcerent, atq; parerent, & nihil prorſus antiquæ conſuetudinis mutarẽt. Caluinus iniquiſſimo animo iſtud tulit, & omnibus modis tentauit lites ſeditiones, tumultus in populo, qui ſatis ſua natura ad diſſidia, & diſſentiones eſt procliuis (bellua eum ſtulta, aut potius inſana multorum capitum) excitare, & ſic ſibi perſuaſum habuit, id omne quod voluit, facile fieri poſſe.

Caput Septimum.

INterim menſe Maio anno domini milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſeptimo, quidam leodigarius Beſchant & plurimi alij iuuenes vrbis Geneuę, qui adhuc per ætatem pa-

ſani miniſtri Scoti iſta nota & explorata habuiſſet.

rum ſapere ſolent, fuerunt ducti in carcerem, propterea quod incedentes per vrbem porro pro flore in pileo vſi fuerunt. Farell⁹ ingreſſus carcerem, mirum in modum in eos excanduit atque debacchatus eſt, & quaſi grande nefas, & morte piandum admiſiſſent, horrendam vocem, vt erat homo ſatis iracundus, & vix mentis compos, ad ſidera tulit. ciuſmodi ſyco-phantas, & mente captos miniſtros, qui exſtultis facile inſanos faciunt, Anglia, & Scotia (prô dolor) habent quam plurimos, quibus non ſatis eſt cum ſuis meretricibus publice ſcortari, niſi etiam deprehendantur plærumque cum cum vxoribus alienis rem habere. Primarij viri vrbis animaduertentes, id quod iuuenes fecerant, non tam ex malitia & animi prauitate, quam ex imprudentia, & inſcitia, ſiue ignorantia proficiſci, verbis tamen ſatis aſperis caſtigatos, vt in poſterum cautiores & prudentiores eſſent, eos carcere liberant. Hinc facile occaſione ſumpta miniſtri publice prædicabant, contra proceres, & principes viros ciuitatis, in quibus Cauraldus alios conuiciis perſtrinxit, nonnullos ignominia, infamiaque notauit. De cimo die Martij die dominico, quo generali concilio habito de ſumma rerum deliberandũ fuit, Caluinus prædicans diuæ dixit concilium, quod conuocãdum fuit fore autore & impulſore cacodæmone, & plurima alia ex veneno-ſo, & peſtifero fundebat pectore verba. Cæterum pro maiore, ac veriore huius rei confir-

Miniſtri Angliæ et Scotiæ non tam inſani quã impij, quorum illi ſunt luthe-rani, hi vero Caluiniani, qui et ſi ſententiis & opinionibus odio pl⁹ quam vatiniano inter ſe pugnent atque diſſẽtiant, tamẽ in hoc vno vno conueniunt, vt ecleſiam catholicã expugnens, ſidem extinguant, diſcordiam inter principes foueant.

matione hæc verba excerpta fuerunt ex libro, in quo res geſtæ ciuitatis ſcribi ſolent, qui eſt ſemper in publicis ædibus vrbis. Duodecimo die Martij allatæ fuerunt literæ nobilium virorum vrbis Bernenſis ad Geneuæ primarios viros, quibus ſignificatum eſt cõcilium, de quo ſupra dictum eſt, Lauſannæ habendum vltimo die Martij. Literæ leguntur præſentibus Farelo, & Caluino, & propterea concilio habito in publicis ædibus vrbis illi vocati fuere, & amice atque benigne rogati, nequid mali, aut contra uitij, ſiue contumeliç, contra magiſtratus in ſuis prędicationibus dicerent, ſed ſi quid mali, aut conuitij, ſiue contumeliç, contra magiſtratus in ſuis prædicationibus dicerẽt, ſed ſi quid mali, aut vitij, ſiue errati in illis cognoſcerent, clam admonerent, vt fratrum amor, & charitas euangeliique doctrina poſtulat, & ſic facile peccatum corrigi poſſe, aut ſi corrigi & reſipiſcere nollent, legis ſupplicio, & iure agendũ eſſe. Iſti boni prædicatores Farelus, Caluinus, & Cauraldus nullis precibus, nullis etiam admonitionibus, quamtumuis piis paruerunt, ſed multo magis omnibus conuiciis, & contumeliis irritare, atque laceſcere magiſtratus conati ſunt, & tandem vociferando, & clamando eo inſaniç venerant, vt non veriti fuerant eos potos porcos, & longe eis deteriores vocare. Sic audio miniſtros Scotos miſerrimos contra Sotiæ principes vociferari & debacchari, qui certe digni ſunt talia pati, qui eiectis impie, &

Impij miniſtri cacodæmonis ſæpe vehuntur, vt audio, in viros primarios & principes Scotos, & quidem non immeritò, qui contra dei præceptum ſuis catholicis epiſcopis expulſis, eiuſmodi impudentiſſimos hæreticos, vt facilius & liberius bona eccleſiarum & monaſteriorum fraude & dolo occuparent, ſibi præfecere.

immiſericorditer ſuis epiſcopis, eiuſmodi mõſtra, quæ nunc recens ab inferis prodiere, ad vociferendum & inſaniendum ſibi prȩfecere. Sed eiuſmodi impios hȩreticos ad vociferandum & clamandum conduxerunt, vt facilius & liberius eccleſiarum & monaſteriorum bona rapere poſſent.

Caput octauum.

QVi vigeſimo ſexto die eiuſdem menſis in concilio iam habito electus fuit orator Iohannes Philippus, qui admoneret ciues vrbis Geneuæ, vt adeſſent concilio, quod futurum fuit Lauſanæ: data etiam eſt pecunia ad ſumptum faciendum duobus miniſtris, Farelo & Caluino, qui humaniter rogati fuerũt, vt ſua prȩſentia concilium decorare dignarẽtur. Hi duo miniſtri profecti eo nunquam dignati ſunt alloqui, vel conuenire cæteros miniſtros, ſed ſuperbe & arroganter inceſſerunt per vrbem. De ſuperbia, & vanitate eiuſmodi ſycophantarum alij iudicent, qui nihil recte fieri putauit, niſi quod ipſi faciunt. Die dominico, qui fuit ſeptimus Aprilis, Cauraldus prædicãs ſupra modum in magiſtratus debacchatus eſt dicens eos habere pedes cereos, & eiuſmodi miſeros ſibi perſuadere regnum cœlorũ eſſe regnum ranarum. Die decimo nono eiuſdem menſis allatæ fuerunt literæ a magiſtratu vrbis Bernenſis, quibus is rogauit Geneuẽſes,

vt vellent iis,quę ad eccleſiam & eius ceremonias ſpectarent,vt iam ſupra concluſum fuerat in concilio Lauſannæ obedire.Farelus & Caluinus ad concilium vocati,& literis lectis, atque auditis amiciſſime & humaniſſime ſunt rogati,ne aliquid, quod ſine ſcelere fieri non poterat,innouarent, ſed omnino cęremoniis acquieſcerent eccleſiæ ciuitatis Bernenſis,quibus omnes primarij,viri, ſiue proceres populuſque Geneuæ ſe obtemperaturos promiſerant,quibus reſponderunt ſuperbe, atque arroganter nullo modo ſe parere velle, ſed publice clamabant,& contra concluſionem prędicti concilij prædicabant. Præterea adhuc prioribus præcibus tot alię preces ſunt addita, ita vt plures videbantur nō poſſe addi, quibus inſanorum iſtorū miniſtrorū mentes & pectora leniri & mitigari poſſent, ne perturbarent ſolennem & feſtum diem paſchę,qui intra biduum celebrandus erat, vigeſimo primo die Aprilis. Anno domini milleſimo quingenteſimo trigeſimo octauo,& principes viri promiſerunt in concilio,quod ante feſtum diem Pentecoſtes habendum erat, melius cum illis actum iri.

Bus æterna inferorum pœna paratur.

Quiſque qui ratione ducitur hec ęquo animo audiat, duę reſpublicæ omnibus modis, quāuis illicitis ſtudebant inter ſe conuenire, pacē conſtatem retinere, et tamen duo impij miniſtri adeo ſuperbierant, vt maluerāt temere bellū inteſtinum excitari, infinitos ciues interfici quē non ſuæ inſaniæ ſatisfieri.

Nonum Caput.

EOdem die decimo nono Aprilis pręfecti vrbium Gez. & Ternier de communione cœnę,vt loquuntur hęretici,ſtatuerunt, quantum ad cæremoniarum obſeruationem, nihil

mutandum eſſe,ſed vt tempore matutino more ſolito omnes funderent preces, communicarent,& miniſtri ab omni conuicio & ignominia,atque illoto ſermone,quibus notāt primarios viros,& magiſtratus in poſterum abſtinerent. Cauraltus longe aſperius, & acerbius inuectus eſt in magiſtratus, quam prius, & eā ob rem prohibitus eſt. ne amplius prædicaret, & interim miniſtri officio & munere priuatur. Eodem die decimo nono Aprilis præfect⁹ vrbis,vt Senatuſconſultum exequeretur ſe cōtulit in ædes fareli, & Caluini, & eos obnixe rogauit,vt miniſtrarent cœnam die dominico proximo paſchæ ſecundum morem, & conſuetudinem ſeruatam in eccleſia Bernenſi abſque vlla innouatione. Reſponderunt ſtatim præfecto ſe nihil omnino facturos, & quod non viuerent ſecundum conſuetudinem eccleſiæ Bernenſis:præfectus magiſtratibus primariiſque viris hæc triſtia dicta reportat. Poſtridie paſchæ, qui fuit vigeſimus dies Aprilis Cauraldus contra principum mandata,quibus prohibitus fuit die præcedēti, ne amplius prędicaret, neque miniſtri officium exerceret, in templo diui Geruaſij publice prædicare, & lōge vehementius,atque aſperius quam prius in

Non poſſum non dictum Philoſophi ſæpius repetere, vno ab ſurdo dato multa abſurda ſequi impij miniſtri cacodæmonis relicta eccleſia catholica a deo ſunt occęcati, tot nebulis ſepti,tot tenebris obuluti,tot meādris,diuerticulis, flexionibus et intricabilibus erroribus implicati, vt penitus illi ipſi ignorēt, qui ſint,quid agant, quo tēdant, ita

vt deus optimus maximus nullam maiorem miſeriā videatur permittere homini, quā incidere in hæreſim omnium malorum maximum malum.

Audaciā,impudentiam,furorem,neſcio quod ſcelus anhelantem miſerrimorum miniſtrorum.

principes viros ac magiſtratos inuehi cœpit. Ob quam pertinaciam, & animi obſtinationé ductus eſt in carcerem, cum ad patibulum,vt iuſtiſſimam pateretur mortem, ducendus eſſet qua quidem re intellecta farelus, Caluinus in concilij cubiculum ſtatim venerunt, & arrogãter, atque audacter in magiſtratus euomuerunt indigna iis,qui profitentur doctrinam,& modeſtiam chriſti. Farelus tanta percitus & commotus ira, & furiis agitatus iniquis fuit, vt diceret eos qui Cauraltum in carcerem duxerant, aut tali facto ſiue dicto aſſenſi fuerant miſeros & impios eſſe. Quamuis principes & magiſtratus vrbis tanta iniuria affecti & ignominia notati eſſent, cum tamen æquo animo ferebant,& ſupplices humileſque rogabant(vt digni ſunt hi, qui eiuſmodi inferorum laruis obtemperant) miniſtros, vt dignarentur dominorum Bernenſinm votis acquieſcere, qui omnino recuſarunt, & ſtatim poſtea in ſuas ædes redierunt. Primarij viri Geneuenſes ita irritati,atque inflammati fuerunt, animum,vt nequiuerant ad cogitandum, aut conſulẽdum inſtituere,at tamen timentes magnum ſcandalum,ſiue offendiculum,quod inde poſſet oriri in ſua vrbe, ſi cœna non data eſſet ſecundum conſuetudinem &principum Bernenſum mãdatum, qui ſibi ſocietate & iure fœderis coniuncti fuerant. Iterum tertio miſerunt præfectum, atque mirum in modum rogarunt farelum,& Caluinum vt, cœnam ſecundum mo-

Principes et magiſtrat⁹ ſine ſtultitię merito luerunt pœnas,qui eiuſmodi laruis ad inſaniendum et debacchandum ſibi præfecerũt.

dum prædictum communicarent, id quod ſe facturos eſſe omnino recuſarunt. Principes vrbis omnibus modis conati ſunt pacem & concordiã cum dominis Bernẽſibus retinere, & quod cœna ſecundum eandem conſuetudinem, caſdemque cæremonias in ſua vrbe, qua ſolet in eccleſia Bernenſi, communicaretur. Interea loci forte venerat Geneuam Ludouic⁹ Diesbachus vir nobilis Bernenſis, cui Geneuenſes oſtenderunt principum Bernenſium literas, quibus mandarent in communione cœnæ, nihil quod ad cæremonias facit, mutandum eſſe, ſimulque ſuorum miniſtrorum illi pertinaciam & obſtinationem declararunt. Hanc ob rem principes Geneuenſes, ſiue primarij viri, exorarunt hunc principem virum, vt dignaretur oſtendere miniſtris Farelo & Caluino damnum, & detrimentum, atque ſcandalum maximum, quod inde ſequi poſſet, ſi ita obſtinate operam darent, vt omnem humanitatem, amicitiam, atque ſocietatem inter illos duos populos tanto vinculo amicitiæ cõiunctos, diſſoluere laborarent. Ille ſupplex, humiliſque rogat, nec tamen proficit hilum. Nã miniſtri nihili fecerunt verba & preces tanti viri, & tamen nihilominus, ſi Theodoro Bezæ credimus, hic Caluinus eſt vir leniſſimo, ſuauiſſimo, ingenio, imo potius diuiniſſimo natus. Ecce iſtos miſerrimos hereticos, quam impudenter mentiuntur. Hæc bella, & venuſta videntur eſſe argumenta vrgentia, & efficacia,

Hinc nemini non eſt notiſſimum hæreticos ædificare ciuitatem babel eorum enim qui ſũt eccleſia Dei alter alterius ſermonem nouit.

Mendaces & impudẽtes hæretici, qui ſe apoſtolicis æquant, quos certum eſt inſtintu Spiritus ſancti ſingula ſcripſiſſe.

quibus Beza vult ſuum patrem, & amicũ Caluinum, æqualem diuo Paulo, qui de ſe ipſo ita ſcribit: quis ſcandalizatur, & ego non vror? ſed quis niſi expers omnis rationis facile videt, quã hic miſerrimus hereticus, ſit diſſimilis noſtro diuino ter maximo Paulo. Caluinus videbat totam vrbem turbari, propter mutationem cæremoniarum, quam fieri volebat, & periculum quod inde accidere poſſet, inter nobiles Bernenſes, & Geneuenſes, & tamen nihilominus pertinax, & implacabilis nebulo ſuæ dãnoſæ & pernicioſæ inhęrebat ſententiæ.

Caput decimum.

MAgiſtratus & primarij viri Geneuæ videntẽs pertinaciam, & obſtinationem iſtorum duorum miſerrimorum miniſtrorum decreuerunt craſtino die abiecta omni cunctatione communicationem cœnæ exhibere ſine ſcandalo, & ſine vlla varietate, aut mutatione cęremoniarum, ſimulque prohibere, ne amplius iſti duo miniſtri cacodęmonis in ſua vrbe prædicarent, neque in aliis ciuitatibus ſuę ditionis officium prædicandi exercerent, & munus communicandi cœnam poſtridiæ paſchę cuidam magiſtro Henrico de Palude commiſerunt. Qua quidem re intellecta Farelus & Caluinus continuo in ędes magiſtri Hẽrici irrumpunt, & maledictis atque iniuriis innumeris hominem onerant, quod eſſet ine-

ptus, temeraius,mentis impos,aliena vt curet, eaque,quę nihil ad ſe attinerent, & potiſſimũ illud officiũ tentare auderet, cuius ignarus & imperitus eſſet.Prętere a eum excommunicãt, deteſtantur,execrantur,& a conſortio fideliũ, quaſi indignum & impium pellunt, & nunc ei crucem,nunc dei iram,& æternam damnationem,& mille alia torméta minantur, quod tanta flagitia auderet, & quidem indigna genere ſuo,& vt vno verbo dicam,tantum timorem ei incuſſerunt,vt miſerrimus homo illico obſtupeſceret,vt neque manus,neque pes, neque ipſa lingua ſuo munere ſit functa, & eſſet coactus egredi vrbe,& ad aliquod oppidulum ſe conferre,vbi clam omnibus deliteſcere poſſet. Cæterum Farelus & Caluinus contra magiſtratuum, & procerum mandata cœperunt prædicare, Caluinus riuæ, & Farelus in diui Geruaſij ędibus, & nemo communicauit cœnam, vnde in populo, & in iis qui in vicinis oppidulis habitabant,qui venerant ad cœnam magnum natum eſt ſcandalum, ſiue offendiculum. Præterea Farelus & Caluinus maxima infamia, & ignominia publice magiſtratus onerarunt,atque notarunt, & omnibus modis tentarunt lites,contentiones, ac ſeditiones inter magiſtratus, & populum excitare, omnia turbare,cœlum terramque miſcere, & omnibus denique mortem intentare.Hæc tamen eſt lenitas,facilitas, manſuetudo optimi nebulonis Caluini,qui ſemper mouetur ſpiritu caco-

Mirum eſt miniſtros cacodæmonis,cũ ſint fere omnes homines pro ſani,poteſtatem ſoluẽdi & ligãdi, quæ vt vult diuus Ambroſius ſolis ſacerdotibus eſt data,ſibi falſo vendicare.

dæmonis, & furiis agitatur iniquis, quem leni ingenio natum manſuetique animi indole præditum eſſe vult nobis mẽdaciſſimus Theodorus Beza, ſi deo ita viſum eſt, perſuadere falſo etiam ſcribit Caluinum tantum priuatum omni officio, & pulſum in exilum, propterea quod nollet cõmunicare cœnam in vrbe, quæ tota erat perturbata, & factionibus ſtudiiſque contrariis agitata, cnm ſatis conſtet Caluinum fuiſſe Sycophantem pertinaciſſimum, nebulonem ſceleratiſſimum, & ſemper nouarum rerũ perniciofum, atque damnoſum inuentorem, & omnes iſtos fucos, dolos, fraudes, aſtutias excogitaſſe, vt cœnam in pane fermentato cõtra communem conſuetudinem eccleſiæ eccleſiæ catholicæ communicaret, & hoc ſemper clauſum, & occultum maligni ſpiritus inſtinctu, atque impulſu in animo habuiſſe, id quod tandem fecit, in multis vrbibus Galliæ, & quod etiam poſt reditum ab exilio, Geneuæ feciſſet, niſi coactus fuiſſet promittere ſe ſeruaturum in cœnæ communicatione cæremonias eccleſiæ Berneſis, tamen nihilominus ille ſycophanta, & miniſter cacodæmonis tam nouarum rerum cupidus, & ſtudioſus fuit, vt a nemine mortali prohiberi potuerat, quin aliquid innouaret, quod Bernenſium eccleſia, ſiue, vt hæretici Scoti loquuntur congregatio nullo modo agnoſceret, neq; probaret. Huius

Caluinus fuit peſtis teterrima reipublicæ, pernicies inimiciſſima & infeſtiſſima adoleſcentium, monſtrum maxime horrendũ, execrandũ, deteſtandũ quo nullum vnquã mortalibus maius intulit damnum. Superbiſſimus nebulo Caluinus nouarum rerum cupidiſſimus fuit, veluti cœnam mutare, in pane fermentato communicare, omnes cæremonias eccleſiæ mutare, quod certa malitia cacodæmonis enim feciſſe nemo dubitat.

rei nobis documento eſt,id quod hoc loco explicari poteſt,quomodo voluit diem Mercurij fieri feſtum,& ſolennem , cuius ſolennitatem Bernenſes neque agnoſcunt,neque obſeruant, propterea Bernenſes rident hanc ſolẽnitatem, & iocando atque ridendo dicunt eam inuentã eſſe a Caluino. Deinde miſerrimus ſycophanta,& membrum ſatanæ , in quo procul dubio malignus ſpiritus loquitur , & in iis omnibus impiis,qui eius doctrinam probant ſuſtulit diẽ feſtum natiuitatis domini noſtri Ieſu chriſti, & diem feſtum circuncisionis , diem feſtum annunciationis , & diem feſtum Aſenſionis, quos omnes dies feſtos,celebres , atque ſolennes,Bernenſes quam honorificentiſſime atque ſolenniſſime in ſuis vrbibus agitant, atque celebrant,& horum feſtorum dierum violatores grauiſſime puniunt, contra Geneuẽſes & omnes impij , qui eorum doctrinam ſequuntur, hos dies feſtos , & ſolennes pro diebus profeſtis haberi volunt , tabernas omnes aperiunt, merces ſuas exponunt , emunt , & vendunt, quod etiam nunc faciunt non tam ſtulti , quã inſani Scoti Caluinici. Tertio Caluinus inſtituit quod cœna,neque communicetur ciuibus Geneuæ,neque iis qui Geneuenſibus ſunt ſubiecti die natiuitatis domini , ſed die dominico antecedenti natiuitatem domini, vel proxime ſequenti , id quod omnes eccleſię obſeruant, *contra hæretici neque inter ſe, neque cum aliis conuenire poſſunt.*

Hic cacodęmon voluit diem mercurij, rem prorſus inauditam, fieri feſtum atq; ſolennem.

Hinc patet, quam verũ ſit,quod ſcribit diuus Iohãnes 13. in hoc cognoſcent omnes, quod diſcipuli mei ſitis , ſi charitatem habueritis inter vos mutuam hi enim qui chriſti doctrinam ſequutur, ſẽper in iis, quę ſunt ſidei inter ſe cõueniunt,

Fœtidiſſimus porcus Caluinus Gallorum dedecus, et gentis ignominia ſuæ, excogitauit modum inauditū, et ante hac nemini notum cōmunicandi cænam.

quę obediunt hęreſi Caluini horrendi & fœtidi porci, Bernenſes autem nihil tale admittūt, ſed antiquam conſuetudinem ſequuntur, neq; cæteri heluerij, quamuis ſint hæretici & reiiciant miſſam. Quarto Caluinus inſtituit cœnā communicari ſuis Geneuenſibus primo die dominico ſeptēbris, id quod Bernēſes nō obſeruāt. Hic ſilētio prætereo varietatē cæremoniarū ſacramēti Baptiſmi, & multas alias ineptias, pene aniles quas inuenit, atque arte maligni ſpiritus excogitauit, vt videatur excellere alios, & aliquid venuſtatis, atque ſplendoris in ſuis cæremoniis habere, quod alij hęretici non habent, vnde ſolitus eſt vocare parœcias Bernēſium, paruas tabernas vinarias, & miniſtros inſignes potatores. Eiuſmodi verbis vſus eſt, cum aut loqueretur, aut ſcriberet ſuis familiaribus, aut amicis. Certo ſcio me vidiſſe eiuſmodi literas eius, cum eſſem argentorati, vbi ita ad quendam fallacium amicum ſcripſit. Si decreueris venire in hanc regionem, Sabaudiam verſus, tibi conſulo ne habites in terra Bernēſium, vbi nihil præter tabernas male inſtitutas reperies, & eorum miniſtros egregios potatores, & continuo conferas te Geneuam, quæ eſt vrbs celebris, & omni virtutum genere ornata, inſtar nouæ vrbis Hieroſolimorum. Hic viros doctos in omni genere doctrinæ excellentes, hic omnem voluptatem reperies. Hic ſycophanta, tanquam altera ſiren homines incautos, atque rerum humanarum ignaros dul-

Parturiūt montes, naſcetur ridiculus mus.

cedine vocis,ac ſuauitate verborum in naufragium, ſiue in æternam damnationem pellicere eſt ſolitus.

Caput vndecimum.

NVnc nobis dicendum eſt,quomodo Caluinus fuerat in exilium pulſus, id quod liber ſatis aperte docet, in quo ſcribuntur nomina eorum,qui facinora indigna,aut inſignia malefacta in rempublicam admiſerunt. Poſtridie paſchę,qui eſt dies vigeſimus ſecundus Aprilis, habitum eſt concilium ducentorum virorum in quo omnia explicata fuerunt,quæ ſpectant ad humanam,& amicam admonitionem miniſtrorum Fareli & Caluini, qui toties admoniti & blande atque amice rogati nullo modo magiſtratibus parere voluerant, ſed eo rum voluntati atque decreto pertinaci atque obſtinato animo perpetuo repugnarunt. Præterea etiam magiſter Henricus marus non potuit ſupprimere, atque tantam iniuriam ſibi immerito a Farelo & Caluino illatam reticere. Itaque Farelus atque Caluinus intellecta ſententia contra ſe a iudicibus data, qui clanculum in ædibus ſuis latebant, ſtatim relicta vrbe fugerunt, & celeritate pedum ſibi ſalutẽ quæſiuerũt,quod forſitan ſceleratis, & impiis, atque crudelibus miniſtris Scotis & Anglis, qui tot homines imprudentes, atque incautos ſua hæreſi infecerunt, aliquando non conce-

Farelus & Caluinus ob multa malefacta, vt miſerrimi latrunculi in ſuis ædibꝰ clanculũ latuerunt, qui ſi ab iracũdis iudicibus reperti fuiſſent, illico vt par fuit, ſuſpẽſi fuiſſent.

detur. Ecce hæc vera, & ſincera cauſa eſt, quæ pepulit hæreticum Caluinum in exilium, & potius eſt credendum magiſtratui, ſiue publicæ perſonæ, & iis quæ ſcribuntur mandato magiſtratus, aut ſcriptis eorũ, qui ſunt a principum ſecretis, quam homini priuato, qui affectione ducitur erga eum de quo ſcribit, quãdo etiam eius qui ſcribit vita, & mores magna ignominia, & infamia ſunt notati, illum miſerrimum Theodorum Bezam intelligo, cuius mores, & res geſtas aliquãdo ſatis aperte ſcribere decreui, quod, vt multũ placebit probis, & ſtudioſis viris, ita impiis hæreticis, qui eius hæreſim ſequuntur, & probant, non parum diſplicebit. Hunc etiam impium Caluinum ab exilio, redeuntem hiſtoria longe aliter docet, quam Theodorus Beza ſcripſit, vt viri boni, & ſtudioſi clare teſtantur, quorum oratio non parum autoritatis habet. Cæterum Caluinus, partim per importunitatẽ literarũ, quas ſcripſit plurimas Geneuæ ad proceres partim apud principes Germanorum clariſſimos tantopere per aſtutiam, & calliditatẽ egit, vt tandẽ Geneuenſes ſycophantem, & quærendum, & reuocandum argentorato curarint, vbi non ſolum ipſe miſerabilem, ſed etiam irridendam, & in magna rerum penuria vitam agebat, quãuis Theodorus Beza ſcribit Caluinum inuitũ rediiſſe Geneuã, & niſi ſibi perſuaſiſſet, quod ſecundum iudicium diuinum vocantium voluntati parẽdum fuiſſet, nullo modo rediiſſet.

Sycophãta Caluinus in exilium pulſus miſerrimam & infœliciſſimã vt dignus fuit, in ſumma omniũ rerum inopia, irriſus etiã ab omnibus, & ludibrio habitus vitã egit.

Sed hæc ſunt mera ſommia, & anicularum deliramenta, ad nimium credulos, & idiotas, quã miſerrime fallendos, atque decipiendos, qui etiam quibuſuis ineptiis, ſe facillime falli eludique ſinunt. Hic ad extollendum ſuum patrem, præceptorem, & amicum Bezę dicit illum argentorati ab omnibus viris ſummo cum honore receptum fuiſſe. Præterea alia mendacia longe maiora addit, affirmans Caluinum ibi theologiam publice cum omnium admiratione profeſſum fuiſſe, & ad idem munus præſtãdum ab omnibus doctoribus Germanis electũ etiam legiſſe continuo apud Vormenſes & Ratisbonenſes toto illo tempore, quo fiebant publici conuentus magiſtratuum, & primariorum virorum, qui decernunt a que determinant de iis, quæ ad dignitatem ſalutemque totius imperij ſpectant, & Melanchthonem appellare ſolitum Caluinum theologum per quãdam excellentiam, & ſingularem honorem, & principes viros argentorati non libenter dimiſiſſe Caluinum, ſed voluiſſe illum ciuitate donare, & amplius concedere annum prouẽtum vnius præbendæ, vt loquuntur, proſtipẽdiis profeſſoris theologiæ. Nunc ad hanc quæſtionem veniẽdum eſt, qua Theodorus Beza ſuum Caluinum ab omni cupiditate, libidine, appetitu huius mundi longiſſime amouet, atq; ſe iungit, quod ne denarium quidem ægenti apud ſe retinere voluerat, & mille alias eiuſmodi nugas, & ineptias fundet, vt homines ſim-

Hęc omnia ſunt mera ſomni & mendatia ipſius Bezę mẽdacis atque anicularũ deleramenta, cum abũde ſit notũ omnibus doctis viris Caluinum fuiſſe ſuperbiſſimum ſycophantã omnium fere bonarum diſciplinarũ imperitum.

Non minus quam aqua manat a fóte perenni infanda et deteſtanda mendacia iſtius Bezæ ſycophantæ impudentiſſimi excidunt ore. Miſerrimus Caluinus non minus fur, quam hæreticus mille ſtruxit inſidias, techhas, dolos, quibus diteſceret, & omnium rerũ copia affluerct, et tamen ſi Bezæ credimus, nemo mortaliũ a diuitiis, cupiditate &

plices, faciles, indoctos atque ignaros eludat, & Fallat. Iſta mendacia quantumuis ſatis magna libenter ſilentio præterirem, ſed illud æquo animo perferre non poſſum, quod dicat Caluinum, tanquam alterum diuinum Paulũ eccleſiæ dei famulatum fuiſſe, ſumptibus atq; impenſis ſuis, cum cõtrarium ſit notiſſimum, atque clariſſimum iis omnibus, qui cum illo Geneuæ aliquando vixerunt. Primum omniũ centum aureos ſingulis annis a Geneuenſibus pro ſuis ſtipendiis recepit, deinde ab eis qui imprimebant ſuos libros, pro ſingulis foliis habuit duos aſſes, tum demum ille cuſtodiuit Marſupium bene nummatum, vnde pauperibus pecuniæ datæ fuere, & quam fideliter, & iuſte diſtribuit iſtas pecunias ſatis notum fuit pictoribus atq; Poetis. Nam regina Nauarræ, quæ ſua hæreſi multos infecerat, (vt nunc apud Anglos vna mulier ſuo veneno totam inficit atque perdit Europam) atque corruperat ſoror regis defuncti Franciſci illius nominis primi Geneuam miſit quatuor millia Francorum, & alia princeps fœmina dux Ferrariæ, quæ quantum etiam damnum ſua hęreſi intulit orbi terrarum iam ceſſo loqui, magnam ſummam pecuniarum miſit, & plurimi viri nobiles & fœminæ inſignes cum multis mercibus, quaſi ibi fieret, & excitaretur iam recens ars conficiendi pãnum, cuius rei magnum rumorem Caluinus ſparſerat, vt multo facilius innumeros numos colligeret. Huc etiam illud

accedit,quod Geneuę moriens vir quidem di-
tiſſimus dominus Dauid Haynaultus, qui illuc
venerat nouæ religionis,id eſt hæreſeos, cau-
ſa,reliquit duo millia aureorum pauperibus,
& tres viros conſtituit, qui teſtamentum, ex-
tremamque voluntatem complerent, alterum
Hannouetum Maldonnalum, alterum ſanctũ
Andream, qui erat vel mox futurus fuit mini-
ſter Geneuæ, tertium Caluinum, cuius officiũ
& munus fuit diſtribuere illa duo millia aureo
rum pauperibus,& ita diſtributio facta eſt. Sã-
ctus ille Caluinus, qui a rebus caducis, atque
mortalibus non minus abhorruit, quam eſu-
riens Lupus a deuorandis ouibus. Iſtos aureos
ita diſtribuit, quingenta aureos dedit intimis
ſuis amicis,vereto viginti quinque, Farelo vi
ginti & aliquam ſummam aureorum ſupra di-
ctis Mandonalo,& ſancto Andræ, & quibuſ-
dam aliis, ſed quid mille & quingentis aureis
acciderit nemo vnquam ſcire potuerat, vnde
horrendum & miſerabile murmur ortum fuit
inter pauperes,ſed qui aperti⁹ hac de re loqu-
ti ſunt,coacti fuerũt excedere Geneua,& ſpar-
ſus fuit rumor eiuſmodi homines eſſe ſeditio-
ſos,aut libertinos,aut quod eſt peſſimum om-
nium atheous, ſic actum fuit communiter cũ
illis, qui moleſti erant ſancto Caluino. Nunc
tandem veniamus ad illud vnde notiſſima ſit
omnibus fœdiſſima auaritia Caluini. Quidam
Nicolaus Ferreus, qui debitor fuit trium mil-
lium librarum cuidam ciui antuerpię venit

gloria mundi,vt ſolent miniſtri, magis abhorrebat.

mille & quingenti aurei, quos bonus Caluinus, tanquam alter euelis liberaliſſimus fideliter cuſtodiuit, mirabile dictu, ſtatim euaneſcũt, teneſque recedunt in auras.

Hoc eſt perfidia & impietas Caluini, quibus is oſtēdit ſe plane & dei, & hominū amare indignū.

Geneuam accedit ad Caluinum, cui totum negotium aperit atque oſtendit, a quo conſilium poſtulat, quo ſe poſſit gerere cum creditorib⁹, cui Caluinus mox conſuluit, vt illis pecuniis emeret bona immobilia plurima, vt ſunt agri, domus, & reliqua eiuſmodi, ea tamen ſibi cōpararet nomine ſuę vxoris, & duarum ſuarum filiarum, & ſic creditores nihil poſſent ab illo, cum maxime vellent, extorquere, quod difficile eſſet veſtem detrahere nudo, & quod locaret ſuas duas filias in matrimonium honeſtis viris, qui poſsēt illis aduerſus creditores auxilio eſſe. Hoc audito, ille Nicolaus libenter conſilio Caluini obſequitur, & vt gratior eſſet ciuibus vrbis, ſatis magna ſumma aureorum ornat ſanctum Caluinum, quamuis is fuerat bonorum caducorum, quæ alij admirantur & amant, maximus contemptor. Præterea Bonus Caluinus fecit ſuum Fratrē Anthonium Caluinum vnam illius filiam ducere vxorem ecce ſanctum, & venerandum patrem Caluinum, (ſi Theodoro Bezę credimus) bonorum caducorum, atque mortalium, vt ſunt omnes maledicte religionis miniſtri, maximum contemptorem. Hoc equidem libenter ſcire vellem, quomodo Caluinus poſſet celare callidum facinus ſui famuli, qui ab eo furatus fuerat vno tantum momento horæ duo millia Francorū, partim in lagenis, partim in crateris, partim in cochlearis argenteis, partim in argēto ſignato, quod erat in quadam crumena. Hoc enim fur-

Pauperrimus Caluinus nūquā paſſus eſt quenquam ſuum ſeruū cum millibus Francorum fugientem perſequi.

um Geneuæ, intra muros fuit diuulgatum & extra. Pauper, & miſerabilis Caluinus diuitiarum contemptor maximus,hic,vt, conſuleret ſuo honori,coactus eſt dicere has pecunias nõ fuiſſe ſuas, ſed tantum ſuę fidei commiſſas, ab iis qui gratia habitandi venerant, aut venturi erant Geneuam. Sed nihil moror hoc abſurdum, & ineptum reſponſum ſatis longe petitum,cum certum ſit hoc eſſe falſum, attamen fac ita eſſe,nihilominus hoc mirum eſt,&quaſi impoſſibile quod bonus Caluinus neminem paſſus ſit perſequi latronem, cum plurimi amici Caluini ad iſtud paratiſſimi fuerant,reſponſum in promptu eſt, quia forſitam ſi latro captus,& reductꝰ fuiſſet,aliquid reuelaſſet, quod parum egregiam laudem, & honorem, atque innocentiam ſancti decoraſſet Caluini. Hoc equidem pepererat magnam ſuſpicionẽ, quod Caluinus abuſus fuerat iuuene, quia Caluinus non videbatur adhuc a morbo Sodomitico, quo aliquando laborauerat bene curatus fuiſſe, quamuis hæc omnia iudicio diuino relinquo.

Venerãdus Caluinus nunquam videtur bene curatus fuiſſe a morbo Sodomitico.

Caput duodecim.

NVnc redeo ad Theodorum Bezam, & oſtendo illum grauiter peccaſſe quod tanta virtute humilitatis,ſuum præceptorem, patrem, & amicum Caluinum prædirum fuiſſe, non tam impudenter,quam falſo affirmet, cũ

Caluinus erat crudeliſsimo, ac maxime implacabili ingenio nat⁹, qui nūquā, niſi accepta vindicta, mitigari placarive potuit.

iudicio clariſſimorum virorum cõtrarium ſatis aperte cõſtet, & perſpicuum ſit quam plurimis ſanctiſſimis viris, quos non neceſſe habeo hic commemorare. Primum omnium hoc quod dicit, ſic refellitur atque refutatur. Quidam Petrus Ameau, qui niſi leuiter offenderat Caluinum, non modo palinodiam publice cecinit, verumetiam grauiſſima multa punitus, tantum ſubucula indutus ardentem facem coram omnibus ciuibus manu tenens mediã incedebat per vrbem, ac humilis ſupplexque præcatus eſt veniã. Iſta verba ſunt quibus Petrus offenderat ter maximum glorioſum Caluinum Cum Petrus adeſſet, vbi plurimi amici Caluini cœnarent, qui eum, eiuſque doctrinã, ſupramodum extollerent: vos (inquit) nimium extollitis hunc hominem, & grauiter peccatis, ita eum cœlo laudibus æquantes. Veſtro enim iudicio hic excelit omnes prophetas, Apoſtolos, & omnes doctiſſimos, qui vnquam fuerũt, non eſt quamobrem tantopere ipſum admiremini, cum inter ea, quę dicit nonnulla leuia, & inania ſint, & a re propoſita nonnunquam aliena, longeque petita Nunc libenter ego quererem a Theodoro Beza, & etiam ab iis omnibus, qui ſe impie hæreſi ſcelerati Caluini addixerunt, num hoc ſignum, & argumentum ſit humilitatis, & glorię huius mundi contempti? an non potius ambitionis, ſuperbię, & vanitatis maximæ? cui Petrũ Ameau detruſum fuiſſe in carcerem non ſufficeret, niſi etiam ipſe grauiſſima

uiſſima multa publice punitus, tantum ſubula indutus, face incenſa coram omnibus inceDeret per vrbem ſupplex, & humilis veniam, quaſi cum lachrimis precaturus, aliqui forſitam ſibi perſuadere poſſent Caluinū non fuiſſe authorem huius rei, quandoquidem ipſe Caluinus eſt totus dulcis, benignus, humilis, manſuetus, omnibus amicus, nemini ſe præferens, leni ingenio natus, & inimicis etiam infeſtiſſimis ad ignoſcendum facillimus, ſed epiſtola Caluini ad viretum ſcripta idibus Februarij. anno domini milleſimo, quingenteſimo, quadrageſimo ſexto, quam apud me habeo ſatis aperte oſtendit Caluinum fuiſſe cauſam, & authorem totius rei geſtæ, & quod Petrus detruſus fuerat in carcerem, neque hoc ſatis fuiſſe ad ignoſcendum, & condonandum Petro, niſi etiam ipſe nudus ignominioſe in conſpectu omnium incederet per vrbem, quæ ambitio, & audacia pene barbara, & ab omni humanitate plane aliena in miniſtro eſt, impedire ne homo poſſit, quæ cogitat libere loqui. Cæterum ſi hoc argumentum parum vrgeat atq; cogat, ego poſtulo ſcire, ſi eſt ſignum humilitatis, & abiectionis omnis vanæ gloriæ, hominem curare ſuam imaginem pingi, ſimulque eam pati circa colla virorum, ac mulierum, iſtar cuiuſdam dei publice geſtari? Si Beza, aut

Voluit Caluinus homine[m] a quo leniſſime offenſus fuit, grauiſſimas pœnas luere, cū notius ſit quam dici debeat Iulium Cæſarem, Socratem & multos alios qui de chriſto nihil vnquam audierant, grauiſſime læſos ſuis inimicis omnē pœnam vltro remiſſe. Nihil poteſt eſſe magis horrēdum, deteſtādū, & inhumanum, quam Caluinum non tā pati,

quē ſibi, laudi duci putare ſuam imaginē certa colla hominum geſtari, & chriſti imaginem vel Fabricari vel videri prohibere.

aliquis eorum ſectæ dicat Caluinum nihil tale ſeiuiſſe, deum teſtor eos contra deum & ſuam conſcientiam loqui, quia hæc erat communis, & publica conſuetudo Geneuenſium, & a probis viris, atque magna authoritate præditis Caluino ſignificatum. Præterea literis miſſis dictum fuit Caluino quandoquidem ipſe contemnaſſet, & aboliuiſſet, atque frangi curaſſet imagines ſanctorum, atque adeo virginis Mariæ, ita quod eo inſaniæ tandem veniſſet, quod ne imagini quidem chriſti noſtri Saluatoris pepercerat, quod etiam inſani miniſtri Scoti fecerunt, & fieri præceperunt. Cæterum cum quiſpiam dixiſſet imaginem chriſti non eſſe minorem, aut inferiorẽ imagine Caluini, fertur eum hoc tantum reſpondiſſe, qui huic rei inuidet credet medius. Audiui mente captos hæreticos Scotos eo etiam inſaniæ aliquando veniſſe, quod ſceleratiſſimi, atque omnium bonarum literarũ imperitiſſimi nebulonis Knox, peſſimi hæretici, qui omnes imagines ſanctorum frangi præceperat, imaginem ſuam non tam fabricari paſſum fuiſſe, quam iam fabricatam non parum probaſſe. Sequitur tertium argumentum inanis gloriæ, & ſtultæ ambitionis Caluini qui a nemine pati corrigi, aut de ſuis erroribus admoneri, aut a ſua ſententia, ſiue opinione Auelli potuit, cuius rei exemplũ eſt. Quondam die dominico Caluinus cum *omnium in publicis locis haberi, chriſti vero & ſãctorum m rtyrum imaginem fabricari prohibere.*

Non puduit etiam ipsũ Knox ſacerdotem, hæreticum ſceleratiſsimũ publicũ ſcortatorẽ, cui⁹ obſcœnæ voluptati vix tres meretrices, quos ſecum ex Anglia in Scotiã profiſciſcens clãculum abduxerat ſatis facere potuere niſi etiam quartam haud obſcuro genere natã, quæ vix ad huc per ætatem parere potuerat, addidiſſet, ſuam pati, ante oculos

plurimis aliis, qui nouę hęreſeos cauſa Geneuam confluxerant, a quodam miniſtro extra vrbem ad conuiuium inuitatus fuerat, vbi ſtatim initio prādij orta eſt quęſtio de miniſtrorum electione, & quidam vir nobilis ſancti Germani, conſiliarius Toloſanus, qui in iuriſprudentia optime verſatus fuerat, libere dixit, ſibi videri miniſtrū debere populi ſuffragiis eligi, quod verbum æquo animo non potuit ferre Caluinus; quis voluit authoritatem penes ſe vnum eſſe eligendi quamcunque velet miniſtrum, & ita ſtatim relicta menſa non vllum locutus verbum conſcendit equum, poſtridie illius diei ſancti Germani conſiliarum citauit, vt die iouis adeſſet loco, vbi de cauſis reorum litigare ſolent. Caluini impudentia cū maxima audacia coniuncta non parum faſtidij, & iracundiæ nobili viro peperat, quod ſibi comparendum eſſet, vbi fornicatores, & adulteri adeſſe coguntur Propterea vir nobilis cōtinuo miſit ſuum famulum cum literis ad quēdam nobilem virum Ausbonnę, qui quōdam fuit epiſcopus montis albani. Is vix perlectis literis ſtatim venit Geneuam, alloquitur Caluinum, quem omnibus modis ſtuduit mitigare, ac pene inſaniētem lenire, ſed fruſtra laborat. Diceres caucaſum duris horrentem cautibus hoc genuiſſe monſtrum, hyrcanaſque Tigres ei prebuiſſe vbera. Itaque neceſſe erat nobili viro ſancti Germani ſtato adeſſe loco, qui poſtea ad conſiliarios in ædes vrbis miſſus eſt,

Caluinus adeo fuit ſuperb⁹ quod poteſtatem eligendi miniſtros voluerat penes ſe vnū eſſe, id quod inſani miniſtri Scoti nūc ſibi perſuaſum habēt, ſed hoc a cacodęmone ſuo magiſtro didicerunt.

Etſi longa dies homini docuit parere leones, tēpora nulla tamē parere rationi ſtultum & inſanum docuere Caluinum.

Aliquando Caluinus tanta ſuit percitus ira & tot furiis agitatis iniquis, quia non potuit ſuum vlciſci inimicū, quod parum abfuerat, quī ſtatim ſum pto ſiue ſeipſum ſuſpēdiſſet.

qui eum non modo non condemnabant, verū ſummo honore ſunt proſequuti, quamobrem tantum dolorem conceperat Caluinus, vt parum aberat, quin ſtatim ſumpto fune ſeipſum ſuſpendiſſet, quod vtinam potius feciſſet, quā tot mala perpetraſſet, & tot animas demiſiſſet orco. Miror tantum audaciæ, tantum nequitiæ, tantum denique fraudis, machinationis, atque doli cuiquam vel monſtro. Nedū homini potuiſſe ineſſe. Ille nobilis poſtea oderat Caluinum peius cane, & Anguæ, & ſuperbiam, arrogantiam, impietatem eius omnibus nobilibus Gallis, qui venerant Geneuam nouæ religionis cauſa, id eſt hæreſeos, gratia, ſignificauit. Non multis poſt diebus alius vir nobilis, qui duxerat ſororem eius clariſſimi viri valde iratus eſt Caluino, cui dixit non oportere ita tractare viros nobiles, neque contemnere, & libidine animi Caluinum doctum, quaſi pro nihilo habere, verum potius debere intelligere, quicquid honoris, aut commoditatis ipſe haberet Geneuæ, hoc omne fere debere nobilibus Gallis & allis externis viris acceptum referre, ex quo tantum dolorem conceperat Calnus, vt totis ſeptem hebdomadis a prædicatione abſtinuerat, vt tandem a primariis viris vrbis coactus ſit, vel prædicare, vel officio, & muneri cædere. Quartum argumentum ambitionis, & arrogantiæ ego relinquo iudicio, & ſententiæ omnium hominum, qui ratione ducuntur, vt vere dicant, quo ſpiritu humilita-

tis ductus fuit Caluinus, cum relicta Geneua viginti quinque equitum aut potius triginta comitante caterua vrbem Bernam verſus equitaret. Nunc ipſe humllimus Caluinus dicat, ipſum ſanctus Petrus, aut diuus Paulus, aut quiuis alius Apoſtolorum dum prędicaret euangelium tam magnifice equitauerat? nunc ipſe Beza aut alius quiuis diſcipulus Caluini poſſit dicere hoc factum fuiſſe inuito Caluino, qui nullum talem quærebat honorem, & id omnes ex bona, & pia affectione proceſſiſſe proborum virorum, qui gratia habitandi venerant Geneuam, & Caluinum tanto, vel inuitum fuerãt dignati honore, contra quod obiicio plurimos plus honoris ei tribuiſſe, quã par fuit, vel recta ratio poſtulauit, & eum inſtar cuiuſdam idoli coluiſſe. Præterea nonne fuerat prudentis, & modeſti viri fidem chriſti profitentis, qualem ſe oſtentabat Caluinus recuſare, & nõ patifieri eiuſmodi ſuperfluum, atque ſuperuacaneum honorem. Cum nõ modo ipſi Apoſtoli, & diſcipuli chriſti, verumetiam gentes quæ non nouerant deum, abhorruerunt ab honore, & gloria huius mundi, vt Bias capta vrbe ſua ab hoſtibus, nihil ſecum tulit præter bona animi, bonis fortunę omnino contẽptis. Sic Democritus bonorum animi cupiditate accenſus, fortunæ bona neglexit. Qui cum ditiſſimo patre natus eſſet, qui totis copiis Xerxis regis Perſarum prandium dederat, nihilominus tamen, vt liberius contemplationi rerũ

Tãdem Caluinus eo ſtultitiæ aut potius inſanię illico euaſit, vt ſunt quidam homines male nati q neſciũt ſucceſſum fortunæ moderari, ſed omnia ex ſua libidine faciunt, quod nullo nõ, vel etiã diuino, ſi oblatus fuiſſet, ſe eſſet dignatꝰ honore.

diuinarum operam daret, in ſumma rerum inopia vixit, quid pluris commemorem? vt cætera omittam, hoc vnum certo ſcio, ſi Caluinus non admonitus fuiſſet per Petrum viretum, & alios amicos, illam nimiam & fœdidam gloriam eius plurimos nobiles de eſtatos fuiſſe, vt cupidiſſimus erat inanis gloriæ, plures ſecum duxiſſet comites. Propterea nobiles Bernenſes ridentes, & talem ſuperbiam contemnentes, eum Papam Geneuenſem appellare ſolebant.

Vel hoc vnũ exemplũ iã ſupra cõmemoratum abunde oſtẽdit Caluinũ inſatiabili cupiditate inanis gloriæ ductum fuiſſe. Nunc Caluinus nõ tã delirat, quã inſanit & ſe horrẽdum & deteſtandum monſtrũ furiis agitatum iniquis plane oſtendit, qui quod eſt ſolius Dei proprium ſibi attribuit, falſoque vẽdicat. Pſal. 11. omnis homo mẽdax.

Caput decimum tertium.

PRo quinto argumento ambitionis, ſiue appetionis inanis honoris, quem mirum in modum appetebat. Quis fuit vnquam prædicator, aut doctor modeſtus, & verus contemptor gloriæ mundi, qui vſus eſt eiuſmodi verbis, quę coram omnibus prędicans protulit, ego ſum vates, ſpiritu dei moueor, Ego ſum miſſus à Deo, ego diuino futura, Ego non poſſum errare, & ſi ſum in aliquo errore, tu deus es qui me fallis, & decipis propter peccata huius populi Eodem pacto voluit ſua dicta, & ſcripta haberi, atque ab omnibus teneri pro articulis fidei, quibus oportuit obedire, atque ſubſcribere. Omnes antiqui patres, qui ſecuti ſunt Apoſtolos, & diſcipulos Ieſu Chriſti, cum interpretati fuiſſent aliquem librum ſacræ ſcriptu- *Pſal. 15. non eſt qui faciat bonum, non eſt etiam vnus.*

rę ea modeſtia, & humilitate vſi fuerunt, vt ſe ſubmitterent iudicio eccleſiæ catholicæ, apoſtolicæ, atque romanæ, quæ eſt vera eccleſia, in omnibus ſuis ſcriptis, ita, vt ſi ſua ſcripta, & ſententiæ cõuenirent cum ſacra ſcriptura poterant recipi, & debebant recipi non tanquam ſcripta ſua, ſed tanquam verba Dei, cum omnis veritas ſit à Deo, & contra, ſi non conuenirent cum ſacra ſcriptura, reiicerentur & condemnarentur, & quod eſſent temerariæ, & leuiter ſine teſtimonio ſacræ ſcripturæ allata & introducta. Hoc poteſt oſtendi de viris doctiſſimis & optime beatiſſimeque viuentibus, quemadmodum diuus Auguſtinus qui tam docte interpretatus eſt aliquot libros bibliorum, quam quiuis alius, qui vel anteceſſit, vel ſecutus eſt ipſum, tamen nihilominus recognoſcens ſuos errores, & ſcribens libros retractationum, magis extulit, & laudauit deum, & profuit eccleſię Dei afferens teſtimonium ſuę probitatis, & ſynceritatis, quam in omnibus reliquis libris ſuis, & in omnibus ſuis ſcriptis & dictis. Audiamus diuum Auguſtinum Tomi ſexti libro vno contra epiſtolam Mancchæi, ita ſcribentem. Si ergo inuenires aliquem, qui euangelio nondum credit, quid faceres dicenti tibi, non credo? Ego vero euangelio non crederem niſi me catholicæ eccleſiæ commoueret authoritas. Quibus ergo optemperaui? dicẽtibus, credite euangelio: cur eis non optemperem dicẽtibus *fabricata, loquitur.*

Arrige aures impie miniſter, et audi quantam vim et authoritatẽ diuus Auguſtinus eccleſiæ catholicæ apoſtolicę atque romanæ attribuit non hic de ſcelerati Caluini, lutheri & cęterorum mõſtrorum ſynagoga ruinoſa, arenoſa, lutoſa, caduca, heſterna nocte. dũ tenebræ occuparent omnia a mille cacodemonib⁹, diuerſa tamẽ inter ſe ſentiẽ

Audiant nunc hæretici, quamuis non libẽter diuum Auguſtinũ affirmãtem in quęſtionibus difficillibus eccleſiam catholicã, id eſt eam, quę in toto orbe terrarum fulget & ſplẽdet conſulẽdam eſſe, et multa eſſe tradita ab apoſtolis, quib⁹ eccleſia vtitur, quę nõ ſunt ſcripta, quę omnia non paruum negotiũ faceſſunt impiis miniſtris.

tibus michi? noli credere Manichæo? adhuc audiamus eundem diuum Auguſtinum eiuſdẽ Tomi libri primi capite vigeſimo tertio, contra Creſconium grammaticum de authoritate eccleſiæ ita ſcribentem. Proinde quamuis hui⁹ rei certe, de ſcripturis canonicis n'on proferatur exemplum, earũdem tamen ſcripturarum etiam in hac re à nobis tenetur veritas, cum hoc facimus, quod vniuerſæ iam placuit eccleſię, quam ipſarum ſcripturam commendat authoritas, vt quoniam ſancta ſcriptura fallere non poteſt, quiſquis falli metuit huius obſcuritate quæſtionis eandem eccleſiam de illa cõſulat, quam ſine vlla ambiguitate ſancta ſcriptura demonſtrat. Præterea eiuſdem Tomi libri ſecundi capite ſeptimo diuus Auguſtinus contra Donatiſtas ita ſcribit. Nondum enim erat diligenter illa baptiſmi quęſtio pertractata, ſed tamen ſaluberrimam tenebat eccleſia, in ipſis quoque ſchiſmaticis, & hæreticos corrigere quod prauum eſt, nõ iterare quod datum eſt, ſanare quod vulneratum eſt, non curare quod ſanum eſt. Quam conſuetudinem credo ex apoſtolica traditione venientem, ſicut multa non inueniuntur in literis eorum, neque in conſiliis poſteriorum: & tamen per vniuerſam cuſtodiũtur eccleſiam, nõ niſi ipſis tradita & commendata creduntur. Idem diuus Auguſtinus ſecundi Tomi nonageſima nona epiſtola ita ſcribit. Solutis doloribus inferni, non in omnibus, ſed in quibuſdam accipi poteſt, quos

ille dignos iſta liberatione iudicabat: vt neque fruſtra illuc deſcendiſſe exiſtimetur, nulli eorũ profuturus qui ibi tenebantur incluſi: nec tamen ſit conſequens, vt quod diuina quibuſdam miſericordia iuſtitiaque conceſſit, omnibus conceſſum eſſe putandum ſit. Et de de illo quidem primo homine patre generis humani, quod eum ibidem ſoluerit, eccleſia fere tota conſentit: quod eam non inaniter credidiſſe credendum. Vndecunque hoc traditum ſit, etiam ſi canonicarum ſcripturarũ hinc expreſſe non proferatur authoritas. Hactenus diuus Auguſtinus, ex cuius ſcriptis quiſque Catholicus ſcire poteſt, quantam authoritatem ille cõceſſit eccleſiæ catholicæ, quę eſt per totum orbem terrarum diffuſa. Idem diuus Auguſtinus Tomi tertij libri octaui de Geneſi ad literam capite quinto ita ſcribit. Melius eſt enim dubitare de occultis, quam litigare de incertis. Illum quippe diuitem in ardore pœnarum, & illum pauperem in refrigerio gaudiorum intelligendos eſſe non dubito, ſed quomodo intelligenda ſit illa flamma inferni, ille ſinus Abrahæ, illa lingua diuitis, ille digitus pauperis, illa ſitis tormenti, illa ſtilla refrigerij, vix fortaſſe à manſuete quærentibus, a contentioſe autem certantibus nũquam inuenitur. Cito ſane reſpondendum eſt, ne nos profunda iſta quæſtio, & multis ſermonibus indigens tardet. Hic vides hæretice diuum Auguſtinum illud eccleſię catholicæ clariſſimum lumẽ, in his, & in mul-

Si impij miniſtri hic libẽter audirent diuum Auguſtinum nõ eſſent tã pertinaces in iis quæ non intelligunt, non ponerẽt ea pro principiis quæ ſunt falſa, & ab eccleſia catholica cum dãnata nõ falſo ſibi vẽdicarent laudem interpretandi ſacras literas, quarũ ſunt ignari, & non niſi a maligno ſpiritu, vt eorum opera teſtantur, miſſi.

tis aliij quæſtionibus dubitare, & miſerrimus hæreticus Caluinus qui neque eccleſiæ catholicæ ſe ſubmittit, neque eam agnoſcit, in nullis dubitare, ad quem nunc redeo. Iſte venerabilis doctor Caluinus, vt refert Theodorus Beza, adeo clarus, apertus, perfectus fuit, quod nunquam quicquam retractauerit, neque in ſcriptis, neq; in dictis ſe erraſſe agnouerit, hoc etiam libenter addo, quod maxima pars geneuenſium, & externorum hominum, qui venerant gratia habitãdi Geneuam, pluris fecerint Caluinum, quam diuum Paulum, cuius rei teſtimonium eſt, quod quiſpiam vrbis Thononſis coactus fuerat publice fateri, ſe peccaſſe & palinodiam canere, quod in conuentu, multorum nobilium virorum, ſtulte & falſo protulerat hæc verba, dominus meus Caluinus eſt doctior, & plura arcana & ſecreta dei nouit, quam vnquam intellexerat diuus Paulus alio modo ambitio, ſiue nimia, & immoderata honorum cupiditas longe notior (nũquam enim in illo expleta, nec ſatiata fuit cupiditatis ſitis) eſt per congregationem, quam ſolennẽ habuit in templo diui Petri vrbis Geneuenſis ante feſtum natiuitatis domini, anno domini milleſimo, quingenteſimo, quinquageſimo ſecundo. Sic res ſe habet quando Caluinus animaduerterat eccleſias Surichi & Baſiliç non probare ſuam ſententiam de prædeſtinatione, antequã fecialis veniret Geneuam cum literis nobiliũ

Mira erat arrogantia Caluini, quod nunquam ſe authoritati eccleſiæ ſubmiſerat, neque vnquã faſſ⁹ fuerat ſe vel erraſſe, vel dubitaſſe in ſacrarum literarũ interpretatione, quod malis poſt apoſtolos accidiſſe puto.

virorum prædictarum eccleſiarum, conuocauit omnes miniſtros, tam Geneuenſes quam, qui circa Geneuam in oppidulis habitabant, & per eos totam ſuam doctrinam, & quicquid ſcripſerat de materia æternæ prædeſtinationis confirmauit, ac ſtabiliuit, determinans de prę deſtinatis & reprobatis. Quãtum ad ambitionem & nimiam cupiditatem inanis gloriæ Caluini, non poſſum reticere, neque celare dolum, & fraudem, qua vſus ad illam affectauit viam. Dolus eiuſmodi eſt. Voluit venerabilis Caluinus reſuſcitare & ad vitã reuocare quendam virum vrbis heduorum Brulleum, vt omnibus perſuaderet ſe eſſe virum ſanctum, & vatem inſignem, miraculorum operatorem. Ita totam rem narremus ordine. Hic homo heduenſis, de quo dicturi ſumus nouæ religionis, id eſt hæreſeos cauſa venerat Geneuam. Cæterum is ipſe, & eius vxor adeo onere paupertatis oppreſſi fuere, vt vterque commendatus eſſet Caluino, & ſcriptus in albo eorum qui nutriuntur pecuniis, quæ nomine eleemoſinæ dantur pauperibus. Caluinus clam eos vocat, quibus ſatis magnam pecuniarum ſummam promittit, modo fideliter & conſtanter fidem ſeruarent, ſed ſupra omnia, hac in re opus eſt (inquit) fide, ac taciturnitate. Illi ſtatim data fide eius poſtulatis acquieſcunt. Tandem Calui- *prę ſe ferre videretur, ſimulauit ſe quendam hominem mortuum reſuſcitare, & ad vitam reuocare poſſe.*

Hinc facilè ſciri poteſt ſynagogas hæreticorũ cum eccleſia catholica nullam affinitatem cognationẽ aut ſocietatem habere, quod omnes qui ſunt in eccleſia catholica in iis, quę ſunt fidei, inter ſe cõueniãt ſed ſynagogæ neque inter ſe conueniunt, neq; cum catholicis.

Venerabilis Caluinus, vt quandã ſingularem ſanctimoniã & innocentiam vitæ

nus totam rem aperit, & quid facto opus eſſet paucis docet, miſerrimus homo Brulleus a Caluino ita doctus, in lecto decumbit, ægrotare ſe ſimulat, & ita vbi ſatis vehementer, diuque ægrotaſſe viſus eſt, tandem ſe mortuũ eſſe finxit. Interim ſanctus Caluinus clanculum admonitus, tanquam ignorans factum, cœpit deambulare prope illius demortui ædes, multis, vt ſolitus eſt, comitatus amicis, ſine quibus vix vnquam ſuis ædibus eſt egreſſus. Deum ibi loquitur cum amicis, quaſi ex improuiſo audiuit clamores lugubres, lamentationes, miſerádoſque mulieris fletus ſimulantis ſe miſerrimã mortem lamentari atque deflere ſui mariti & ſtatim quæſiuit vnde eſſet tanta, & tam repentina, atque inſolita lamentatio, quæ aures tam ſubito compleret ſuas, ſimulque ingreſſus eſt domum, & genibus flexis magna hominum comitante caterua, clara, & lamentabili voce, ſublato ad ſidera vultu fudit preces, mirum in modum rogans Deum, vt reſuſcitaret mortuũ, & toti populo ſuam gloriam oſtenderet, & coram vniuerſo populo declararet Caluinum eſſe verum, & acceptum, atque gratum, electum & vocatum ad euangelij miniſterium, & ad nouæ eccleſiæ, reformationem. Oratione ſua complecta atque finita Caluinus cœpit manum eius qui ſe ſimularat mortuum eſſe, præcipiens ei per deum Patrem, & dominum noſtrum Ieſum chriſtum, quod ſurgeret, & ibi gratiam dei omnibus patefaceret. Quamuis

Caluinus plus millies, & ad rauim vſque clamaſſet, nunquam tamen ille potuiſſet loqui, qui iuſto iudicio dei, qui non poteſt laudare, neque probare mendacia, is, qui ſimulauit ſe eſſe mortuum, vere erat mortuus, & neque pulſu, neque agitatione, qua eius vxor ipſum pepulit, atque mouit, vnquam potuit reſuſcitari, neque loqui. Nam totum eius corpus more mortuorum erat penitus frigidum, atque etiam rigidum, quod cum ita eſſe perceperat eius vxor, ipſa fere inſanire, clamare, vlulare, vociferari, minitari, & in Caluinum miſere debacchari cœpit, illum appellans illuſorem, deceptorem, homicidam, clara voce aſtutiſſimũ commentum Caluini aperte omnibus declarans, quo modo ſe, & ſuum maritum ille blandis promiſſis, & pollicitationibus multis deceperat. Itaque mulier neque interminationibus, neque exhortationibus potuit vnquam deterreri, neque prohiberi, quin quæque indigniſſima euomeret in Caluinum. Itaque cum Caluinus nullum finem clamandi, & vociferãdi videret, ſtatim aufugit, cum marito mortuo muliere relicta. Interim hic bonus Caluinus, vt ab omni crimine ſe innocentem, & liberum eſſe oſtenderet, quadam aſtutia, & prætextu verborum vſus dixit parcendum eſſe mulieri, & illius oportere miſereri, quæ propter mortẽ mariti neſciuit quid dixit, neque illam mentis compotem eſſe, ſed penitus delirare, atque inſanire, & ſatis eſſe pro pœna ei iniungenda,

De eiuſmodi impiis miniſtris bene loquitur chriſt⁹. Luc. 16. filij huius ſeculi prudentiores ſunt filijs lucis miſerrima Scotia plurimos tales Hypocritos habet, qui dei gratia citius, quã putant, niſi reſipiſcant, crudeles, vt meriti sũt, luent ſacrilego de ſanguine pœnas.

quod ipſa cogeretur excedere vrbe,& redire in ſuam vrbem heduenſem, quæ poſt ea nupſit cuidam miniſtro,& aſtutia,& callidi as Caluini miſerrimi ſatis patefacta fuit omnibus, & mulier quæ ſatis erat compos mentis, rationibus neceſſariis, & cogentibus oſtendit id omne, quod dixerat non tam eſſe verum, quam veriſſimum. Cæterum adhuc progrediamur ad ambitionem, & nimiam cupiditatem falſi, & inanis honoris,qua nunquam Caluinus expleri atq; ſaturari potuerat. Is enim literas ſcripſit & quædam opera compoſuit, in quibus nihil vnquam prętermiſit, quod ſpectauit ad ſuum honorem, & gloriam, & ita ſupra modum ſe laudibus extulit,& vt aſtutius & Callidius rem tractaret,finxit has literas, & opuſcula non eſſe ſua,ſed alicuius alterius, vt omnis fraus, & dolus lateret,& laus honorque ſuus apud omnes magis floreret, atq; radices altiores ageret. Si quis neget hæc eſſe vera, ego poſſum facile oſtendere hæc omnia non modo vera,verumetiam fuiſſe veriſſima iis literis, quas Caluinus ſcripſit Petro vireto Lauſannę miniſtro,in cuius manus inciderant eiuſmodi literæ & opuſcula,tanquam ſcripta fuiſſent a quodam Galaſio. Acceptis literis viretus ſtatim nouerat ſtylum fuiſſe Caluini, quod ſæpenumero alias ab eo receperat literas,& multum admiratus fuerat ambitionem Caluini, ad quem ſcripſit deterrius Caluinum a tali inani ambitione,& admonens illum debere modeſtius de ſe ſentire,

Nunc non immerito mihi venit in mentem id quod de lucifero dicit Eſa. 14. aſcendam ſuper altitudinē nubium ſimilis ero altiſſimo iſti impij hæretici miniſtri theologiæ, quam falſo profitentur ignari, tam ſunt ſuperbi & arrogātes vt vel ipſum luciferum ſuū dominum ſuperbia vanitate, mendaciis facile ęqueat et omnib⁹ modis referāt.

cui Caluinus reſpondet afferens rationes abſurdas, ineptas, & nullius momenti, & plane ab omni ratione alienas, & quod hoc fecerat nomine alterius, a quo magno affectus fuerat honore, & ſuæ virtutes, dignitates, laudes ac merita vtique prædicabantur, & quantopere in illis opuſculis ipſe laudauerat ſeipſum, decreuiſſe tantopere extollere ſcriptis ſuis illum Farelum, & Petrum viretum, vt nomen illorũ vbique gentium quam maxime celebraretur, & ipſorum dictis, ac ſcriptis maior fides haberetur, quod illi tres eſſent, tanquam tres colũnæ ſuſtinentes honorem dei, & nouam reformationem religionis catholicæ. Iſtæ literæ, erant repertæ in ſcrinio Petri vireti, cum is fugeret ab vrbe Berna nulla data, neque petita venia a viris primariis Bernenſibus, neque a præfecto vrbis Lauſanniç, & hoc puto factum fuiſſe, quod vix ſuppeteret tempus ei ad fugiẽdum propter impudentiam, ignominiam, atq; infamiam, quam meritus fuerat ob nimiam ſuam contumaciam, arrogantiam, atque pertinaciam. Iſtæ literæ quæ quadraginta fuerunt, cum allatæ eſſent ad Primarios viros vrbis Bernenſis, quibus illi cognouerunt magnas aſtutias, calliditates, fraudes, dolos Caluini, & cæterorum ſycophantarum, & ſupra modum admirati eſſent eorum impietatem, iniquiſſimo animo tulerunt eiuſmodi miſerorum ambitionem, qui nunquam quieſcerent imaginari, & excogitare nouas inuentiones, & ſubtili-

Si vnquam aliqua in re impietas, ſuperbia impudentia, inſania Caluini apparuit, maxime hoc in reſponſione apparuiſſe videtur Caluinus enim in hac reſpõſione non ſe hominẽ, ſed meram beſtiam omnis rationis expertam, aut quid peius facile ſe oſtendit.

tates inauditas,quibus ſe magni facerent,& extollerent. Tum demum quę eſt maior ſuperbia & magis fœtida ambitio potuit eſſe ea,quæ eſt in quadam reſponſione oblata primariis viris Geneuæ die iouis ſexto octobris,anno domini Milleſimo quingēteſimo,quinquageſimo tertio contra quoddam ſcriptum productum die lunæ præcedenti, per quendam nobilem virū Trouillet? Nam illa reſponſione Caluinus ſupra modum ſe iactitat,effert,ad ſidera tollit,ac gloriatur, ſe Melancthoni præferens, quem potius Philoſophum quam Theologum fuiſſe dicit,& inter duas aquas nauigaſſe, & de iis quæ ad theologiam attinent,parum vehementem ſe oſtendiſſe, & quando omnia ſunt bene ponderata,& examinata, illum longe inferiorē ſe eſſe. Similiter hæc fuit communis Caluini conſuetudo in conſortio hominum contemnere vnumquemque doctorem, tam nouum quam antiquum, & quantumuis eſſet doctus, illum nihil ad ſe putare,& neminem magnifacere, neque probare niſi martinum Bucerum ſuum præceptorem. Præterea cum aliquam particulam ſacræ ſcripturę, & ſententias aliquorum doctorum recitans,qui aliquem locū ſacræ ſcripturę expoſuerant,minimi fecit, poſtea afferens ſuam ſententiam, & opinionem vſus eſt verbis elatis atque ſuperbis,dicens ego vero,quemadmodum licet videre in aliis locis, & in epiſtola ad habreos. Cæterū ſi forte Caluinus locut⁹ de aliquo fuiſſet, qui in re vel minima

Inſolentia et ſuperbia Caluini, qua doctiſſimis viris Germaniæ ſe longe præferi.

nima

nima contra ſe dixiſſet, aut eius ſcripta reprehendiſſet, ipſum illum adeo deiecit, vt non videretur dignus, quem intueretur, plerumque appellans talem ignorantem, ſtolidum, potatorem, canem mortuum. ecce verba quibus libri Caluini ſunt referti. At poſtquam Theodorus Beza vult in omni genere humilitatis, benignitatis clementię, lenitatis, facilitatis, miſericordiæ, adeo extollere Caluinum ſcribens, in ſua bella præfatione neminem adhuc eſſe natum quem ipſe vituperauit, aut vnquam calumniatus fuit, ſed in hac re deum & omnes viros probos, ac ſtudioſos qui ſpiritu Dei deducuntur, iudices eſſe volo.

Hic Beza oſtendit ſe impudētiſſimum adulatorem, et mendacem non ferendum, qui dū laudat Caluinum, omne veri iudicium tollit, id que adulterat, cum veritati repugnat maxime.

Caput decimum quartum

NVnc ſupereſt, vt de modo quo maxime ſobrïe, ſeuere, parce, & continentur, vt vult Theodorus Beza, vixit Caluinus, pauca dicamus. In primis is affirmat illum nunquam mutaſſe modum viuendi, neque in moribus, neque in doctrina, & non vt ederet, & biberet vixiſſe, ſed vt viueret ediſſe ac bibiſſe, quamobrem totus obſtupeſco, maximeque admiror extremam impudentiam huius garruli nugatoris, qui vult nobis perſuadere album eſſe nigrum, & calidum eſſe frigēdum, & (vt mox eſt miſerrimorum miniſtrorum hæreticorum) nō frigida pugnare calidis, nō humida ſiccis. Certiſſimum eſt omnes nobiles Gallos, qui ob iſtā

Hic ſua mẽdacia Beza copioſe fundit, ſed vt vere dicam quod ſentio de impiis miniſtris, potius grauia in ſublime, et leuia ferentur in initum & duræ quercus ſudabunt roſcida mala, quam, verũ nobis placido de pectore fundãt.

nouam hæreſim, quam illi nouem religionem appellant, gratia habitandi venerant Geneuã, non potuiſſe magis Caluino placuiſſe, aut amicitiam, aut gratiam cum ipſo firmiorem ſanxiſſe, quam lautiſſimo prandio aut cæna eum excepiſſe, eo inſaniæ tandem ventum eſt, vt vnuſquiſque certatim contenderit tam multis & diuerſis, quam delicatis, lautis, dubiis, opiparis, ſplendidis, atque ſumptuoſis epulis excipere ipſum venerandum Caluinum. Hanc ob rem lautæ dapes & exquiſitæ epulæ longæ carius quotidie cœperunt vendi atque emi, vnde natum eſt magnum murmur in populo, & ſcãdalum ſiue offendiculum in vrbe Geneva ob nimiam, & immoderatam gulam hoſpitum, & externorum hominum, maxime Gallorum, quia afferebãt omnia, quę erant allata in macellum. Illud offenderat multos, quod nõnulli eorum, qui dederant ſua nomina chriſto, & patriam ſuam reliquerant, vt melius & lætius viuerent. In lege quinti euangelij, erant admodum dediti obſcœnis, fœdiſque voluptatibus corporis. Alij, vt pauperes, & indigentes ægerrime tulerunt, videntes tantam abundantiam & nimiam ciborum copiam, ac tot tantaque ſuperuacanea celebrari conuiuia in honorem ſancti Caluini. Cæterum qui religioſe, integre, atque ſyncere obſeruabant, atque colebant venerabilem Caluinum, dicent tãtas, & tam lautas dapes ſancto viro non fuiſſe voluptati, & ipſum longe pauciores aut potius nullas, ſi ita

obſcœnæ & nimiæ crapulæ venerãdi Caluini.

viuere licuiſſet, voluiſſe habere, ſed illud proceſſiſſe ex pio, & humili animo, atque bona affectione, qua quiſque proſecutus fuerat ſuum paſtorem, erga quem ſuum honorem, & amorem non potuit melius declarare. Certe iſtud reſponſum non adeo repudiandum eſſe putarem, niſi officium & munus veri & ſynceri paſtoris & miniſtri verbi Dei eſſet reprehendere talis, & huiuſmodi nimias, intempeſtiuas, moleſtas, & portentoſas cōmpotationes penitus abolere, & iis in conuiuiis præſtare nunquam comparere, quam tantum ſcandalum, ſiue offendiculum pauperibus, & indigentibus prebere. At id de quo agitur non in tanta obſcuritate rerum verſatur, quin probe intelleximꝰ, quomodo Caluinus vixerat, quo modo ſecum magnam turbam hominum habuit. Nam pro domino Caluino vbicunque eſſet, cibi lautiſſimi, ac delicatiſſimi ſeruabantur, & etiam nullū vinum, niſi exquiſitiſſimum, optimum, ac delicatiſſimum ſanctus Caluinus bibebat. Præterea quotamuis opus erat ei carne ferina quanticunque conſtaret, & ſi quando viſum ipſi fuerat aliquem amicum ad cœnam, vel prandium inuitare, oportuerat eum lagenam argēteam plenam optimi vini afferre, & hoc ſolus bibebat venerādus Caluinus etiam habuit ipſe ſuum piſtorem, qui in eius ſolius vſum, parauit ei panem ex optimo tritico aqua roſacea madefacto, addito ſaccharo cinamomo, aniſo, & illum panem omnibus delicis cōditum eſ-

Epulæ quibus vtebatur verandus Caluinus.

ſe oportuerat, qui per quandam excellentiam atque præſtantiam dictus eſt panis domini venerandi Caluini. Quamuis Beza ſuis affectionibus ductus, & diſcipuli Caluini contradicăt atque repugnent, aut iſtud negent, nihilominus tamen viri nobiles Bernenſes huius rei locupletiſſimi, ac certiſſimi teſtes ſunt, qui vbi totam rem optime nouerant, ſupra modum irati, atque inflammati fuerunt cõtra eiuſmodi delitias, & Salgama mollia, & ſicca, quę ex Hiſpania, & Luſitania fuerant allata, quibus exquiſitiora & delicatiora nuſquam gentium reperiri potuerant, quæ ei plurimi offerebant, & plus harum delitiarum ipſe heluo deuorauerat, quam multi pauperes in tota vrbe panis comedebant. Non oportet miſerum Bezam more ſuo veritatem occultare, aut diſſimulare, quia mendacia paruo tempore latent, & tandem veritas, quæ omnia vincit, patet, & fumo inuidiæ depulſo erumpit in auras. De modo quo Caluinus vixit ſobrie, parce, ac continenter, nihil aliud dicam, niſi quod nunquă quiſquam ſcripſit, neque intellexit vllum doctorē pium, & ſyncerum, ac paſtorem euangelij adeo delicate, laute, & opipare, nutritum fuiſſe, neq; tam obſcœnæ, fœdeque obſeruatum fuiſſe voluptati corporis, quicquid dicat mendaciſſimus Beza.

Opiparæ et ſumptuoſæ delitiæ, quibus in prandio & cœne vſus eſt venerand9 Caluinus.

Caput decimum quintum.

QVantum ad caſtitatem, pudicitiam, ſiue continentiam Caluini, vt nihil poſſum

certo affirmare,ſic neque negare,attamen dicam magnum in populo natum fuiſſe rumorem,parum eum innocenter,caſte,pudice,cōtinenterque vixiſſe. Præterea iuuenis ille qui ab eo furatus fuerat multas pecunias ſatis oſtendiſſe videtur:quam caſtæ, & pudice vitam egit,& quam plurimi boni viri longe aliter de eo iudicant,quam ſcribit Theodorus Beza, & ſi forſitam hoc non factum ſit adueniente ſenectute,quæ multa incommoda ſecum afferre ſolet.Cum iam ſatis vehementer,diuque ęgrotaret,ſed tempore quo,quædam nobilis fœmina vrbis Mougenſis, clam relicto marito ſuo Lauſannæ,contulit ſe Geneuam, quo eius maritus non auſus eſt ire. Longo ante tempore, cum iam ſatis recte valeretCaluinus,certo ſcio plurimos iniquo animo tuliſſe, quod plurimæ nobiles fœminæ familiariter, & frequenter ad ædes eius ſolæ profectæ eſſent , præter quam, quod ſecum manu ducerent paruulum puerū, qui ſub brachio ferret biblia,&cum ob occurrentibus parentibus vel amicis interrogatæ eſſent,quo proficiſcerentur, hilariter atque audacter omni remoto pudore reſponderunt,ad ædes boni,& ſancti viri,quem libenter vellent conuenire, vt alicuius quæſtionis ſolutionem intelligerent, & ibi multum diuſque ſe oblectarunt. Magnus rumor fuit vxorem cuiuſdā nobilis viri hoſpitis,qui libertatis cauſa Geneuam venerat,familiariꝰ,quam par erat, aut de-

Hic non mirari debemus Caluinū ſatis familiariter cum vxore aliena verſatum fuiſſe, & multas mulieres eius domum frequētaſſe, cū id ſit fere proprium omnium miſerrimorū miniſtrorū, quorum cuique præter vxores alienas vix decem meretrices ſufficiunt præterea vbi eiuſmodi monſtra regnāt, pietas, caſtitas, continentia, & omnis denique virtus plane exulat.

cuit probam fœminam, vixiſſe cum Caluino. Nomen mulieris vt cunque tacebo, quæ extra vrbem Geneuam habitauit, egregia forma atq; ætate integra, cui color verus, corpus ſolidum, ac ſucci plenum fuit, ad quam ſæpenumero cœnandi gratia venerat illic venerandus pater Caluinus, & abſente marito ibi pernoctauerat, ita vt nō tantum die, (etiam nocte amicis mos eſt operam dare) verum etiam & nocte mulieris voluntati pareret. Notum eſt mihi & pluribus aliis illum famulum qui domi tum fuit cũ ſua domina totam rem reuelaſſe, atque iuraſſe ſe in lecto dominæ ſuæ notas, & indicia, ſiue ſigna, & quaſi veſtigia duorum corporum, abſente marito reperiſſe, illa eadem nocte qua ibi cœnauerat, & dormierat venerādus Caluinus. Quod autem facinus indignum, vbi miſerrima fœmina ſuum famulum nonnullis patefeciſſe reſciuerat, vix compos mentis ſtatim eum egregiæ verberauit, & ædibus expulit. Cæterũ ſiue hoc ſit verum, ſiue falſum minime curo, tamen nihilominus ego dicam cum pientiſſimis viris, atque præſtantiſſimis, & optimo iudicio prædictis, Caluinus, ſi tantillum ſalis, aut probitatis in ipſa fuiſſet, meminiſſet illi⁹ quod ita ſcribit diuus Paulus quinto capite primæ ad Theſſalonicenſes. Ab omni ſpecie mala abſtinete vos. Præterea adhuc aliquid mihi dicēdum eſt de quidam fœmina vere principe, vxore nobiliſſimi viri Iacobi Bourgongne, qui etiam nouę hęreſeos gratia venerat Geneuam,

Venerãdus ille pater Caluinus pernoctauit ſæpius cum quadam venuſta fœmina etiam adoleſcentula abſente marito.

Is vbi eo venerat, vehementer ægrotare cœpit cui perpetuo cum medicis negotium fuit, Caluinus aliquando inuiſit nobilem virum, & frequenter dixit eius vxori Iollandę, quid (inquit) cogitas facere de hoc homine, qui adeo vehementer ęgrotat: nunquam poterit tibi vſui eſſe, ſi credis mihi, ſine illum mori, etiam nunc eſt tanquam mortuus: nos in matrimonio ſtabili & certo collocabimus, te mihi accipiam coniugem, quæ verba egregia fœmina iniquo animo tulit, & ſtatim vxor perſuaſit ſuo marito, vt relicta Geneua ſe confferret. In terras dominorum Bernenſium, id quod etiam ipſe fecit interim ipſa honeſtiſſima fœmina non potuit illud celare, ſed totum facinus indignũ ſcelerati Caluini omnib⁹ patefecit, & ego fidẽ audiui marito eius totam rem narrante. Hoc certiſſimum eſt neminem hominem poſſe habitare Geneuam, vel in terris quę ſunt ſub iuriſdictione Geneuenſium, qui audiat aduerſari, vel aliqua in re etiam minima Caluino repugnare, ſed vel oportet cum relicta vrbe in exilium proficiſci, vel ſaltem mori, quia Caluinus adeo callidus fuit, vt mille aſtutias contra ſuos aduerſarios facillime repetiſſet, ſpargens rumorem, quod vel eſſent impij, vel athei, vel nulli religioni addicti, vel quod prodicturi eſſent vrbem, ob quam rem neceſſe eſſet, vel vrbe exire vel certe occumbere morti, qua de re aliqua exempla commemorabo, quę ſunt clara & perſpicua pluribus ſapientibus viris, qui

Sceleratus Caluinus adulatus eſt vxori alterius, quã voluit vxorem ducere vt ſunt iſti impij miniſtri inſignes ſcortatores, & tauri potius quã homines.

Furtum ſceleratiſsimi Caluini, et ſi in multis aliis, tamen longe maxime apparuit in pecuniis reginæ Nauarrę, quas is furatus fuerat, & merito quidẽ, quid credidit tali nebulonis.

diligentiſſime aſtutias & calliditates, quibus vſus erat Caluinus, obſeruarunt. Hic nihil de Caſtellione Charolo, & Bernardino, Oſchino, & Petro Morando, quos non potuit ferre ſecũ verſari ſiue habitare, quia erat tanquam alter Pompeius, qui neque ferre potuit parem, neq; ſuperiorem. Sed nunc dicam de quodam ſeruo defunctę Reginę Nauarrę Moutouſet, qui timens Regem Nauaricum propter doctrinam lutheri. Quam is ſuſtinuerat & prædicauerat vſus conſilio Reginę dominę ſua profect⁹ fuit Geneuã, quo regina aute paucos dies miſerat. Quatuor millia Francorũ inter pauperes diuidẽda. Moutouſet vbi venerat Geneuã, & literas quib⁹ Regina precata fuit ſalutẽ ciuibus vrbis, aduẽtus ei⁹ fuit gratus, & exoptat⁹ omnib⁹, ſaltẽ cauſa ſuę Reginę at, ab nõ lõgo poſt tẽpore, ab is animaduertens pecunias quas Regina miſerat a Caluino parũ prudẽter diſtribui, & nihil fere cõmodi exillis ſẽtire pauperes, vix potuit ſe continere, quin iſtud diceret potiſſimũ illis quos ſibi putauit amicos eſſe, at illud non tam clanculum dictum fuit, quin illico permanaret ad Caluinum, cui plurimi fauebant, qui diligentiſſime ſingula quę de in vrbe dicebantur, animaduertebant, ei que ſignificabam cõtinuo Moutouſet ab omnibus deſeritur, atque ſpernitur, nec amplius Caluinus dignatus eſt hominem videre, neque Reginæ apud ipſos, quibus commendatus fuerat, poſtea valuere preces. Itaque vir bonus in ſumma anguſtias

rerum adductus ſuæ dominæ coactus eſt ſcribere quo pacto Caluinus & cæteri miniſtri Geneuenſes viuerent, & quomodo pecuniæ quas Regina pauperibus diſtribuendas miſerat, Caluinus in iis ſua liberalitate ſit vſus. MOX Inde regina miſit hominem, qui totam rem ſciret, & diligentiſſime obſeruaret Caluinum, ne quid mali aduerſus remp. moliretur, aut alicui innocenti inſidias ſtrueret, quia ipſa ſatis experta fuerat eius infidelitatem, perfidiam, atque fraudem in ſuarum pecuniarum diſtributione. Vt primum Caluinus animaduerterat hunc rumorem in vrbe inter peregrinos, & aduenas permanare, diuulgari, atque vbique percreBreſcere, putauit huic malo ne latius ſerpat, atque altiores radices agat in animis hominum, quam callidiſſime atque ocyſſime occurrendum eſſe. Igitur callidiſſimum commētum excogitauit, quo reginæ iram leniret, atq; mitigaret, & omnem falſam opinionem de ſe conceptam, quam longiſſime amoueret. Itaq; proxima nocte ſcripſit binas literas, quarum alteræ erāt iucundæ, ſuaues, & amoris, atque humilitatis plena quibus ſupplex rogauit, ne regina detractoribus, & perfidis nebulonibus fidem haberet, aut iis qui nullis legibus obediūt, & qui ſe capitali odio proſequutur, quod eorum vitia reprimens atque corrigens, nimia forſitam auſteritate, atque ſeueritate aduerſus eos vti viſus fuerat, & quod breui ipſa intelligeret, quanto animi ardore, atque mētis amo-

Binas literas Caluin' ſcripſit, quibus callidiſſime & aſtutiſſime Reginam Nauarricā eluſit atque fefellit, & quidem nō immerito, quod illa tā facile crederet hæretico impudētiſſimo, fieri aſtutiſſimo, monſtro maxime deteſtādo, cuius diſcipuli ſunt ſceleratiſſimi miniſtri Scoti.

re verbũ dei prędicaret,& negotia nouę eccleſiæ id eſt hereſees, vt nos catholici interpretamur, curaret. Has literas ita ſcriptas & ſignatas ipſe callide occultauit in ſua pera. Sed contra, alteræ literæ erãt triſtes, ſeuerę, auſterę, ſuperbæ, omnis humanitatis, ciuilitatis, & humilitatis expertos quibus appellauit Reginam Nauarricam impiam, ſiue atheon, nullis legibus obediẽtem, hiſtrionum imitatricem, anabaptiſtarum fautricem, & quod illa in ſua ciſtula, ſiue ſcrinio duos celaret, & occultaret inſignes hæreticos quintinum, & Antonium Poque cum eorum vxoribus, & tantam ſpem, & fiduciam ipſe in deo collocauerat, & tantopere conſcientiæ confiſus fuerat ſuæ, quæ erat illi pro munimento, vallo, ac muro aheneo cõtra omnem poteſtatem mundi, & quod minas & maleuolentiam regum, reginarum ac cæterorum principum huiuſmundi parum æſtimabat. At tandem impudentiſſimus hæretic⁹ adeo acriter interminatus eſt reginæ, vt non veritus ſit dicere grauiſſimum, ac acerbiſſimũ iudicium dei breui recaſurum in eius caput, ſed qui fauent eiuſmodi impiis hæreticis non ſine numine diuino ab illis ita merito affligi vexarique ſolẽt. Has poſtremas literas ita ſcriptas & ſignatas ſua manu oſtendit quas plurimis tempore matutino abſoluta iam prædicatione, inter quos vna aderat prædictus Montouſet. Hinc ſtatim diuiditur incertum ſtudia in contraria vulgus, alij qui erant prudentio-

res obſtupuerunt illico, ſupra modum admirati ſunt cuiquam mentis compoti tantam ineſſe, non tam impudentiam, quam miram inſaniam, quod hæreticus abiectiſſimus, ſcortator notiſſimus, nebulo impudentiſſimus, homo, ſi in hominibus eſt numerandus omnium quos vnquã terra tulerat ingratiſſimus, (mitto hic pecunias reginæ, quas ſycophanta furatus fuerat, ſilentio etiam prætereo munera, & dona reginæ, quibus tot ornatus erat,) auſus eſſet eiuſmodi verba ſcribere tam nobili principi Reginæ Nauarræ, & ſorori potentiſſimi regis Galliæ, quæ, vel pudeat quenquam meretrici loqui aliis minoris iudicij videbatur Caluinus optime, & prudentiſsime dixiſſe, & id ſummæ conſtantiæ, & magni excelſique animi laudi tribuendum eſſe, qui nõ veritus fuerat veritatem loqui maximis etiã principibus, excellentiſsimiſque dominis. Secundas literas ita perlectas Caluinus mox egreſſus templo diuæ magdalenæ, vbi prædicauerat, & coram omnibus adhuc præſentibus, eas claudit, & in ſuam peram, vbi erant priores literæ lenitatis & humilitatis plenæ, conijcit. Ecce dum hæc fiunt in ipſo articulo tempore oſtenditur Caluino adeſſe reginæ Nauarræ ſeruum, cui ipſe illico exemptas ſua pera literas, quę erant lenitatis & humilitatis plenę ad ſuam dominam ferendas dat, eumque vehementer rogat, vt illas literas reginæ in manum det, quod is ſanctiſsime pollicetur, & poſt meridiem diſcedit,

& ad reginam recta pergit.Interim illi omnes qui audierant ſecundas literas ſibi perlectas putabant eas ipſas fuiſſe quæ fuerunt datę nobili viro, ita vt ſæpe accidit filios tenebrarum eſſe prudentiores filiis lucis.Itaque hic miſerrimus hæreticus miniſter cacodęmonis ſui domini aſtutia,& calliditate vſus,literis amicis & ſuauibus atque amoris, & beneuolentiæ plenis apud reginam ſibi amicitiam, & gratiā peperit,& alteris literis acerbis, & ĩgratis ſuos aduerſarios fefellit,atque decepit, & inimicorum ad male contra ſe loquendũ os obſtruxit.

Caput decimum Sextum.

CÆterum iſta aſtutia & calliditas Caluini ſtatim patefacta eſt omnibus, propterea miſerrimus Montouſet fuit magis odioſus, & ab omnibus pene deſertus, & tandem coactus relinquere Geneuam,& redire ad ſuam dominam.Potius enim voluit comittere ſe periculo mortis(Rex Nauarricus erat catholicus, & ſi Regina hæreſi infecta fuerat) ita quod ſemel potius moriretur, quam perpetuo angore & & langore confici. Propterea ad ſuam dominam retulit omnem miſerrimum modum viuendi Geneuenſium,& potiſſimum ſceleratiſſimi,& petulantiſſimi Caluini, qui pecunias Geneuam miſſas partim furatus fuerat,partim eas amicis donauerat, & ita pauperes, & egenos fefellerat. Cum Regina intelligeret inte-

gritatem, & ſynceritatem ſui ſerui & pro certo, & quaſi explorato tenendum eſſe putaret, quod neque temerarius, neque futilis eſſet, ei oſtendit eas ipſas literas, quas Caluinus ad ſe miſerat per alium famulum diligenter ac ſtudioſe requiſitas. Literis perlectis Montouſet ſtatim intellexit eas contrarias, & omnino repugnantes literis quas Caluinus monſtrauerat, & publice coram multis proceribus vrbis Geneuæ legerat, vt dictum eſt, quod illæ eſſent ſuperbæ, contumelioſæ, iniurioſę, & quam ſanctiſſimę affirmauit Reginę Caluinum ſcripſiſſe literas his omnino contrarias atque repugnantes & eos nominauit, qui vna aderant, dū literæ illæ publice legerentur, quemobrem regina mox miſit nuntium illis nobilibus obnixe & ſtudioſe rogans, vt totius rei veritatem ſciret, & quid ipſæ literæ, quas Caluinus publice legeret in ſe cōtineret, ſimulque literas miſit quas ad ſe Caluinus miſerat omnis manſuetudinis, lenitatis, & humilitatis plenas, quouis melle, & ſacchaio dulciores. Nuntius eo profectus, rediit, reperit illa omnia fuiſſe veriſsima, quæ prius quam ſanctiſsime is ipſe Montouſet affirmauerat. Vnde illa ęgerrime, & iniquiſsime mendacia Caluini tulit, & in poſterum ipſum habuit pro aſtutiſsimo, & callidiſſimo hypocrita, & qui ſemel experti fuerant peſsimi ſycophantę ęternum dedecus, & extremam inſaniam omnium hęreticorum, ſtatim relicta Geneua in dominorum Berneſium

Regina Nauarrica Caluini dolis capta, qui & eius pecunias furatus fuerat, & falſis literis eluſerat, illum tāquā venenatum ſerpentem perpetuo oderat.

terras ad habitandum ſunt profecti, vnde ex hoc ingenti, & horrido monſtro prodierunt quotidie noua ſcandala, ſiue inaudita offendicula, horrenda omnis impietatis exempla, & incognita ſcelera, de quibus vnum in medium afferam omnibus nobilibus Geneuenſibus & Bernenſibus ſatis notū Res eiuſmodi eſt. Caluinus intelligens quempiam amy Perinum iuſtiſſimum virum, qui fuit in Geneuenſibus, & æquitatis amantiſſimum, atque primum eorum qui interfuere concilio, & præterea totius vrbis gubernatorem, qui libidini ſuæ ſæpe aduerſari non timuit, & quæ molliebatur in perniciem reipublicæ nonnunquam impedire decreuit. Quamobrem quocūque modo Caluinus poſſit, huic inferre mortem, ſiue ſimulando, quod vrbis proditor eſſet, ſiue quod nō vere religionis, id eſt hęreſeos amator eſſet. Hæc fuere falſa crimina, quæ Caluinus potiſſimum inimicis ſuis obiectare ſolebat Itaque dum Caluinus multum diuque excogitauerat inuenire commoditatem, & opportunitatem exequendi ſuum inſtitutum, ecce Cardinalis Bellins, Roma venit Geneuam profecturus in Galliam, vt regem conueniret, atque ſalutaret, quem Geneuenſes omni honore ſunt proſecuti mittentes magnas hydrias optimi, & generoſiſſimi vini, varijſq; carminibus eius dignitatem, excellentiamque plus quam heroicam celebrantes. Poſtea vero quā Cardinalis illinc diſceſſerat & in aulā venerat, Caluin⁹ id quod

Gubernatorem vrbis, quia erat vir bonus eum Caluinus miris modis oderat.

Stratagema callidiſſimi & maxime impij Caluini, quod cogitauerat cōtra gubernatorem vrbis Geneuæ.

iam pridem venenato, & inflammato corde volutans conceperat, ſedulo exequi atque perficere intendit, & tandem longo labori imponere finem. Interea finxit literas a Cardinali ſe accepiſſe, vel a quodam amico, quibus intellexit regem bono, & amico animo complecti Geneuenſes, ita quod ſæpenumero ipſe bene loquatur de illis, quibus nulli videantur ei, nec amiciores, nec iucũdiores, nec etiã chariores, & propterea videri velle libẽter cum illis, & fœdera ferire & gratiã inire. Geneuẽſes iſtud ſibi perſuaſi facilius, atque citius quã par erat, verum eſſe, ſtatim ad regem oratores mittunt, qui cũ eo iſta omnia tranſigant, atque pacem componant, quorum primus atque præcipuus fuit Perrinus omnium Geneuenſium facile prudentiſſimus, atque eloquentiſſimus, & eam ob rem huic legationi aptiſſimus, Caluinus intelligens eam legationem ei obtigiſſe maiori voluptate, quam dici poſſit perfunditur, quia in animo ſuo perſuaſum habuit, ipſum nũquã inde reditură ob inimicitias, quas Rex, & eius concilium contra Geneuenſes conceperant, propterea quod Geneua eſſet refugium, aſylum, atque receptaculum omnium ſcelератorum, perditorum, & impiorum hæreticorum, & potiſsimum miſerorum Gallorum, qui ſolum verterant, foro ceſſerant, vel ſigilla aliorum adulterarent, ſiue corruperant aut nũmos adulterinos cuderant, aut apoſtatæ fuerant ſiue in principes, aut dominos ſuos conſpira-

rent. Itaque is vbi in aulam regis venerat ab omnibus eſt cōtemptus, & potiſsimum a magiſtro equitum domino Mormorācio, qui intellecta cauſa cur venerat, mira percitus ira, inquit, tu homo ſtultus es, ſatis temerari⁹, & nullius conſilij, qui audeas talia tentare, & iubet Perrinum dicere ſuis Geneuenſibus, quod nudi venirent ad regem, tantum induſiis induti, & fune annexo collo, & ſubiiciant ſe pedibus eius petentes prius miſericordiam, antequam fœdera ferire liceret, aut amicitiam inire cum rege, his verbis, & pluribus aliis aſperioribus auditis, ſtatim obſtupuit perrinus, & diu ibi in regina manſit, & tandem re infecta reuertitur Geneuam.

Caput decimumſeptimum.

Perrinus rediens ab aula ignorauit inſidias, quas contra ſe machinat⁹ fuerat peſſimus nebulo Caluinus.

INterea Perrinus ignorauit malum, quod contra ſe machinati fuerant, nec quiquam eorum, quę clanculum excogitauerant, atque minime omnium perduellionis, cuius accuſabatur. Intellexit interim Caluiniani, tam qui erant Pariſiis, quam aliis in vrbibus Gallię, literis miſsis ſparſerant contra eum inanes, & falſos rumores. Hęc ſumma omnium literarū fuit, quod ciues vrbis Geneuę intenti eſſent ſuę ſaluti, & plurimę literę eiuſdem formę, atque tenoris a multis, qui fauebant Caluino, (adeo illa contagio hereſeos Caluinianę, quaſi quædam peſtilentia, atque venenum præſentiſsimum

tiſsimum inuaſerat,atque obcęcauerat multorum animos,& potiſsimum iuuenum) quotidie mittebantur Geneuam. Itaque ex hac ſuſpitione recens orta,nullo tamen autore aperte cognito,plurimi hæretici Galli, qui habitabāt Geneuæ ſupra modum oderāt Perrinnum,qui tamen poſtea intra paucos dies re infecta ab aula rediit.Cæterum huic primæ mali labi, aliud maius malum ſtatim acceſſit, quod aliæ nouæ literæ ſimulatæ a pluribus Caluinianis paſſim in Gallia habitantibus miſſæ fuerant ad magnificum megretum,& ad plures alios, qui propter hæreſim profecti fuerant Geneuam, teſtimonium valde probabile,& populare, afferentes ipſum Perrinnum promiſiſſe vrbem regi Gallorum,(nihil eſt tam incredibile,quod non dicendo tandem fiat probabile) & illum habere duces, & milites huic rei iam paratos, qui ſimulantes ſe proficiſci in regionem pedemontanam, nocte intempeſta venturi eſſent Geneuam, illis, qui intus eſſent prodentibus vrbem. Nam Galli qui venerant Geneuam, omnes territi atque animis conſternati, quaſi vrbs ab hoſtibus iam capta fuiſſet, & mox ſuo luituri cum ſanguine pœnas,miris modis turbabantur. Interea etiam aliæ ſimulatæ literæ inſidiis,& arte Caluini excogitatæ afferuntur, quę maxime omnium vrgebant,quarum ſumma hæc fuit. Gubernator optime Perrine mādatum eſt mihi a rege, vt te diligenter admoneam de promiſſo tuo ſeruando, & ne dubi-

tes quin in Sabaudia primus eris. Tabellarius callide a Caluino inſtitutus, qui attulit has literas venit in ędes ipſius Perrini tempore,quo clare, & aperte intellexit eum non eſſe domi, & literas dedit eius vxori, quas ſupplex etiam atque etiam rogat,vt ipſa dignaretur dare illas ſuo marito in manum, & nulli alteri, vt cum ipſe rediret Lauſanna,quo celerrime iturus erat, reſponſum literarum audire poſsit. Perrinus dum legeret literas primo aſpectu totus obſtupuit, & pene vox faucibus & ſit ſtatim enim intellexit ſe ab aliquo proditum & perditum eſſe.Igitur recta proficiſcitur ad Caluinum, cum quo forte reperit magnificum megretum,quos ſui conſilij participe fieri voluit, & deum ſanctiſsime, & reliogiſsime teſtatus eſt,quod nihil negotij, aut familiaritatis, neceſsitudini ſocietatis, pactionis, aut fœderis, quod ad hanc rem attinere poſſet, cum quouis Gallo haberet. Caluinus qui ſolus omnem rem cognouerat,& qui totius doli autor,& inuentor fuit,quibuſdam blandiſsimis,& ſuauiſſimis verbis vſus eſt,quod deum viuorum, & morruorum iudicem ante oculos haberet, & commendaret ſe totum deo, (eiuſmodi ſycophantæ miniſtri cacodæmonis ita ſolent loqui,& cum maxime volunt fallere, tunc blandiſsime adulantur)& intra paucos dies forſitã totius rei veritatem ſcire poſſet, & expectaret etiam reditum tabellarij, qui attulit literas. Perrinus eius conſilio vſus nemini literas o-

ſtendit, ſed clam omnibus illas in ſuo ſcrinio recondit. Vix iam præterierat hora, cũ miſerrimus ſycophanta Caluinus, qui ſemper omni fraudi, & dolo intentiſsimus fuit, ſtatim venit in ædes ipſius Perrini, & eum rogauit, vt ſibi oſtenderet literas, ſimulans ſe velle videre ſiue intelligere quem ſenſum ipſæ præ ſe ferrent, aut quid præcipuum in ſe continerent. Perrinus qui fuit vir ſimplex, & bonus, nec putauit Caluinum proditorem fuiſſe, duxit hominem ſcrinium, quod aperuit, & literas illi oſtendit. Caluinus diligentiſsime omnia loca luſtrat, & oculis vigilantibus ſingula notat, ac ſtatim ſe domum confert, & continuo ſumpto calamo fabricauit nouas literas quas miſit ad magnificum Megretum nomine cuiuſdam Galli nobilis, & præclari viri, qui ipſius Perrini totam proditionem detexit, & vehementer rogauit, vt rem totam oſtenderet primoribus, & optimatibus vrbis, vt ipſi ſuę ſalutis rationem haberent, & ab inſidiis ſuam vrbem ſeruarent, quia vrbs procul dubio erat vendita, & non procul iſtinc in Sebaudia multi erant in armis. Ipſe Megretus receptis literis ſerotino tempore mirum in modum obſtupuit, & nihil etiam tale ſuſpicãs ſtatim occurrit Caluino, cui oſtendit literas, ob quas hic videbatur totus commotus, & dixit quod hinc abiret relicta vrbe ad terras dominorum Bernenſium, aut Baſilienſium, ſed Megretus coſolatus eſt eum, cui etiam promiſit craſtino die ſe cauſam con-

tra Perrinum acturum, id quod magno zelo, ſiue amore motus facere videbatur, & continuo attulit ad dominos parui conſilij multas literas quas dixit ſe a plurimis, & diuerſis amicis ſuis Gallis recepiſſe. Prӕterea addidit ipſum Perrinum recepiſſe a quodam præſide Camerenſi pelliſſono literas ob aliquod promiſſū, quod ipſe fecerat regi, quas Perrinus die ſuperiori oſtendiſſet Caluino & ſibi. Etiam eodē articulo temporis fuit quidam vir magnus & totius vrbis primarius miſſus, qui duceret Caluinum ad concilium, ſed iſte non longe progreſſus reperit Caluinum, qui data opera, dum accerſeretur, ad portam domus vrbis expectabat. Caluinus ingreſſus interrogatur vtrum vidiſſet literas ſupradicti præſidis Chamerenſis, ſtatim reſpondit ſe vidiſſe, & ſi dominus Perrinus libenter daret ſui ſcrinij clauem, ipſe ſtatim iam iret, & afferret illas literas literas, quas bene viderat, & vbi dominus Perrinus illas occultauerat in ſuo ſcrinio probe nouerat. Clauis eſt data, literæ allatæ, & omnibus audientibus perlectæ. Ipſe vir bonus, & innocens Perrinus ita aſtutia, & calliditate nebulonis & homicidæ Caluini victus eſt, & in carcerem ductus, vnde hac de re inter aduenas, & ciues magnus rumor natus eſt. Interim amici ipſius Perrini cœperunt eius cauſam longe clarius, & diligē-

Illud fœdiſſimum & maxime horrendum atque deteſtandū mōſtrum Caluinus adeo bonos mores & etiam omnem virtutem oderat, quod eſt plane cōtra naturā, vt neminem pium virū paſſus fuerit viuere Genuæ, exēplum eſt clariſſimū de Perrino, qui ei nouit nūquam profuit autem multum, cui nullis ſūt modis inſidiatus fuit, nihilominꝰ tamen non puduit inſanos miniſtros Scotos eius hæreſim, doctrina eccleſiæ catholicæ apoſtolicæ atque romanæ reiecta, amplecti.

tius examinare, atq; probare eum omnino innocentem eſſe, quia ſi proditor vrbis fuiſſet, nunquam literas cuiquam oſtendiſſet, quod verbum multum mouerat iudices, & omnino turbauerat Caluinum, propterea concluſum eſt ab omnibus quod literæ oſtenderetur domino præſidi pelliſſono quibus, inſpectis pelliſſonus ſtatim negauit tale quicquam vnquã ſe vidiſſe, vel audiuiſſe, & ſic dominus Perrinus,cui alioqui moriendum fuit, eſt liberatus, & ſuo honori,ac dignitati reſtitutus. Satis notum eſt omnibus hoc fuiſſe ſtrategema callidum, & a quidam impio homine excogitatũ, cuius author & inuentor nunquam potuit certo ſciri, vehemens tamen,& ſatis probabilis coniectura erat, fuiſſe miſerum Caluinum, qui ad omne genus malorũ ſemper promptus, & procliuis fuit, & hanc mercedem tulit dominus Perrinus, propterea quod profectus fuerat argentoratum, vt Caluinum reuocaret Geneuam. Sed huic Perrino fuit vxor adoleſcentula ſatis iracunda, & animoſa, quæ propemodum ſępius interfecerat Caluinum,& eum publice, vt dignus fuit, omni genere ignominiæ,& infamiæ notauit, quæ tamen prohibita eſt tandem propoſita pœna,ne in poſterum in eum grauius inueheretur.

Caput decimum octauum.

CAluinus, vt erat homo impius, & pene atheos,vt ſunt omnes miſerrimi miniſtri

Sceleratiſſimus nebulo Caluinus remis que veliſque cōtēdit, quod dici ſolet, vt iuuenes vrbis geneuæ interficentur.

hæretici, & potiſſimum Scoti, ſic ſemper perſecutus eſt odio Perrinum. Nā citius æthiops mutaſſet pellem, & ignis naturalem amiſiſſet calorem, & aqua ſuum reliquiſſet humorem, & leuia ſponte in inferum locum, & grauia natura duce in ſublime lata fuiſſent, quam ille ſceleratiſſimus nebulo odium ſemel contra aliquem conceptum animo amouiſſet ſuo, & tamen inſani miniſtri Scoti huius nebulonis hæreſim, ſpreta, & contempta eccleſia catholica, apoſtolica, atque romana, qui tandem niſi mox reſipuerint ad coruos paſcendos procul dubio in cruces tollentur, ſunt ſecuti. Itaque Caluinus deteſtabili & execrabili odio ſemper proſequens Perrinum quærebat quocunque modo eius mortem, vel exitum, & vt facilius & citius hoc faceret, modum, & oportunitatem exequendi ſuum inſtitutum quotidie expectabat. Interea Caluinus remis & velis, vt ſolet dici, tentabat principes viros concilij corrumpere, & in ſuam ſententiam trahere, pecuniam non pœnem quibuſdam diſtribuens inter quos fuit quidam lambertus pauper, cui quod aliquando holoſerico thorace indutus fuerat, vitio & infamiæ datum fuit: aliis magnam ſummam argenti ad negotiandum mutuo dedit, & quamuis Beza affirmet eum valde pauperem fuiſſe, nihilominus tamē ipſe quodam die mutuo dedit claudio paonio pharmacopolæ quingentes libras ſed, qua conditione, aut pactione id factum ſit incertum eſt. Alios

promiſſis ſatis largis, nonnullos vero blandis moratur vocibus, & ſibi parat amicos, per quos nouerat quicquid actum, aut concluſum fuerat in publicis conciliis, & etiam ſuffragiis valebat eligendi eos, qui vel ad officia vel ad dignitates erant promouendi. Præterea ſua aſtutia & calliditate multos traxit in vrbem, vt Gallos, Anglos, Flandros, Italos, quos curauit ciuitate donari, idque fieri voluit ſuffragio, & diligentia eorum, qui erant domini parui concilij citra conſenſum eorum qui erant in numero centum virorum, vnde non parua inter antiquos ciues, & aduenas, ſiue peregrinos nata eſt contentio. Cæterum peregrini contempſerunt, & neglexerunt ciues, quos viribus, poteſtate, & diuitiis longe ſuperabant, & vt quos facilius opprimerent, cœperant eos accuſare, atque rumorem per totam vrbẽ excitare, quod Geneuenſium filij decreuerant vna nocte interficere clauculum omnes peregrinos, & aduenas, quo audito hi longe fuerũt prudentiores, & multum in poſterum ſibi proſpexerunt, atque non parum attenti rebus fuere ſuis, & nocte ſcutis, teliſque ad pugnam dum parati, atque armati incedebãt per vrbem, nonnullis etiam ciuibus, & iuuenibus vrbis, qui fauebant Caluino, comitantibus vltro, inter quos fuit quidam Cottinus Bandichonus, genere, vultus aſpectu, rebuſque geſtis ſatis notatus. Cæteros ſupprimo atque reticeo, qui ibant per vrbem quadam nocte intempeſta quibuſdam comi-

tantibus Gallis armatis, quod non tam ſtatim ſignificatum eſt ciuibus, quin citius iuuenes vrbis ſe armant, & parati ad pugnandum contra peregrinos ſe parant, & hoſtibus mox occurrunt, & que interrogant, quorum authorite, & exemplo nocte intempeſta armati incederent per vrbem, & quis tanti exercitus dux eſſet? & quæ eſſet audacibus tanta fiducia rebus? quid tētarent facere? Magnus fuit tumultus, ita quod parum aberat, quin peſſimum facinus admiſſum, & maxima orta fuiſſet pugna, & vt victoria eſt anceps, & dubia, ſic nec læta nec incruenta fuiſſet. Mox audito clamore vnus ex quatuor ſyndicis Henricus Haubertus, quod domus eius eſſet propinqua loco, vnde ortus eſt tumultus, continuo proſilit, baculum oſtentans ſublata, quem manu ferebat in ſignum pacis, quo viſo, parum aut nihil iuuenũ animi compreſſi, atque ſedati fuere, neque trepidatio, & metus quieuit, donec mox aduolaret dominus Perrinus prçcipuus dux vrbis magna militum ſequente caterua, qui videns ſeditionem eſſe magnam, & periculoſam, atque ancipitem, & animos vtrinque inflammatos, incenſoſque eſſe ad pugnandum, vt videretur incertus exitus ancepſque fortuna, ſatis acriter & animoſe alloquitur Henricum haubertum, & aſpere reprehēdit, quod parum fortiter minuſque prudenter ſuo fungeretur officio & authoritate, ſed videretur puſilli animi & timidi, veluti ſui muneris penitus oblitus, aut

potius rudis ignarus, atque nouus ad iſtud officium gerendum vocatus, nec ſciret cuiquam, imperare, nec cogere quenquam parere. Et hoc dicto ipſe dux Perrinus eripuit baculum manu ſyndici, & in ſublime tollit, ac alta voce clamat, quod eorum eſſet obedire iuſtitiæ, & repetit ſæpius eadem verba, ſi agnoſcerent baculum domini ſyndici, & ſi magiſtratibus & poteſtatibus obedire velint, diſcederent illico, & quiſque domum adiret ſuam, quid illico factum eſt, & ſic omnis tumultus, qui maximus fuit, & ſeditio eſt compreſſa atque pacata. Poſt diſceſſum omnium, & ſeditionem mitigatam, atque lenitam quatuor ſyndici, & domini parui concilij congregati nocte intẽpeſta in ædes vrbis veniunt, vbi prædictus haubertus totam rem geſtam ordine narrat, & laudat dominum Perrinnum, affirmãs, quod niſi is quam ocyſſime ſeditioni iam ortæ occurriſſet, peſſimum, & indigniſsimum facinus admiſſum fuiſſet, & vrbs humano ſtatim manaſſet ſanguine tota. Tũ demum poſt multa verba vltro citroque habita concluſum eſt, quod diligentiſsime quærerentur ſeditionis authores, & vt par eſt, caſtigarentur. Eadem nocte & tẽpore matutino Caluinus ita egit cum Henrico hauberto, & ei conſuluit quod is mille noua fabricaret mendacia ita quod cum ſequẽti die dominus Perrinus propter aliquod impedimẽtum non potuerat intereſſe concilio, Hẽricus ſtatim animi ſui ſententiam mutauit, orationẽ

omnino contrariam,& priori plane repugnā-tem habuit,affirmans magnum ſibi iniuriam a domino Perrino factam fuiſſe,quod is e manu ſua per vim extarſiſſet baculū ſyndici, & quod mille malis ſe deuouiſſet,& etiam illos omnes qui talem ſyndicum elegiſſent. Domini concilij qui erant amici adiutores & fautores Caluini omnibus modis ſtudebant inſidias ſtruere domino Perrino abſenti,& iſta omnia prorſus ignoranti. Tum demum concluſum fuit ab illis quod prædictus domin⁹ Perrinus erat particeps ſeditionis,tumultus,& omnis mali machinator,fabricator,& author,& quod excitauit iuuenes vrbis ad interficiendos, & mactā-dos omnes aduenas & peregrinos itaque Caluinus tam aſtute negotiū tractauit, quod plurimi iuuenes vrbis,quibus ipſe inuidebat, qui nocte ſuperiori intererant tumultui, fuerant capti & in carcerem detruſi.

Caput decimum nonum.

DOminus Perrinus clanculum intelligens proditionem,quam contra ſe machinati fuerant, ſtatim relicta vrbe fugit in terras dominorum Bernenſium, quem mox ſecutus eſt dominus Petrus Vvandelus,& quidam Baldazarij,& qui fuerant eis amiciſſimi , quos, qui faueant Caluino , qui erant maxima pars concilij occulto odio ſunt proſecuti, ita quod ſtatim plurimi teſtes reperti fuerant,qui affirma-

bant veram coniurationem factam fuiſſe ad interficiendos omnes aduenas. Sub hac falſa ſpecie, & inexpiabili fraude contra omnem æquitatem concepta, multi iuuenes vrbis in carcerem fuerant detruſi, quorum alij ſummo dolore confecti, atque cruciati, nonnulli callidis ſubtilibuſque modis, aut blandis promiſſis in ſententiam aduerſariorum pellecti ſuccubuere, & falſo confeſſi ſunt Perrinum, vuandalum & Baldazarum fuiſſe totius conſpirationis principes, qui ſtatim ad ſummum cruciatum, atque ſupplicium capitis ſunt ducti, & omnes iſti miſerabiles nunc morituri, lamentabili voce plorantes, deum optimum teſtati ſunt, nihil eorum omnium quæ dixerant eſſe verum, ſed vi, & dolore tormentorum, & cruciatuum, atque blandorum promiſſorum, ea quæ falciſſima fuerunt ſe eſſe confeſſos. Nunc ſatis intellecta ſuorum aduerſariorum crudelitate, Perrinus, Vuandalus, & Baldazarus cum plurimis aliis, qui exceſſerant Geneua profecti ad terras dominorum Bernenſium, eorum iuſtitiæ, & legibus ſe vltro ſubmiſerunt, vt ſi quo crimine digni eſſent, nullum ſupplicium pati recuſarent. Hæc vbi ſatis comperta & explorata ſunt omnia, quæ ad hanc quæſtionem attinerent, & veritas totius rei geſtæ cognita eſt, eorumq; innocentia, & integritas vitæ ab omnibus abunde probata, domini Bernenſes literis ſcriptis, & oratoribus miſſis ſignificarunt Geneuenſes non debere talia, quæ adeo eſſent

abſurda,& a vero aliena excogitare, & contra deum,& proximos ſuos tam crudeles ſe oſtẽdere potiſsimum in iis,quæ dedecus, & ſcandalum,ſiue offendiculum omnibus, qui circa Geneuam habitant parere poſſent. Nihilominus tamen nõn obedierunt,verum potius quotidie alios, atque alios cœperunt, quos vi tormentorum atque cruciatuum, quæ nunquam fecerant,neque audierant,fateri coegerũt, qui morientes teſtati ſunt deum ſe innocentes dãnari coram omnibus narrantes crudelitatem, qua illi aduerſus ſe vſi fuerant, vt ipſi contra deum,& ſuam conſcientiam, quæ in maximũ damnum,detrimentum, dedecus, & ignominiam dominorum Perrini, Vuandali, & Baldazari eſſent,quorum innocẽtiam publice declararunt,confiterentur. Quamobrem domini Bernenſes totius rei veritate ſatis explorata & examinata iſtos viros præclaros in ſuas vrbes humaniter receptos omnibus modis, quibus poterant,ſunt conſolati,etiam atque etiam rogãtes,vt iniuriam immerito ſibi illatam æquo animo ferrẽt. Sic totius huius rei domini Bernenſes teſtes locupletiſsimi, & certiſsimi fuere, quamuis Beza contrarium dicat, & Caluinum ſuum præceptorem,patrem, & amicum laudet,& dominum Perrinum, & cæteros homines innocentiſſimos capitis condamnet. Duo in medio poſita ſunt,quæ non ita pridem certiſſimum eſt accidiſſe geneue, quæ nemo, niſi impudentiſſimus eſſet, negare poteſt. Pri-

mum eſt de quodam Berteliero iuuene generoſo, qui ob eandem cauſam iam ſupra commemoratam, coniectus, fuit in vincula, neque tamen tormentis, & cruciatibus, neque bellis promiſſis vnquam adduci potuit, contra deum & ſuam conſcientiam aliquid in damnum, detrimentum, ſiue ignominiam iſtorum nobiliũ virorum, fateretur; qui propterea crudeliſſime, & miſerrime tortus, & cruciatus, nulla tamen pœna, nullo metu, aut formidine potuit vinci, aut in Caluinianorum ſententiam trahi, vt impietati aduerſariorum faueret, qui ingentia, immenſaque ſaxa eius pedibus appenderunt, vt quo, manus ligatę fuerant, ter aut quater rũperetur funis. Hanc ob cauſam mirum in modum incenſi, atque inflammati fuerũt iudices, quod omnis eorum eſſet irritus, & inanis labor, & ne hilum quidem præfuiſſent. Tandem vnus miſer, & impos mentis, inter eos eſt repertus, qui iſti quem ita viderat laniatum corpore toto, interminari cœpit, in hæc verba erũpens: miſerrime fatere quod petimus, aut ſtatim rapientur brachia ab humeris, & a corpore penitus auellẽtur pedes, noſtros iudices tua obſtinatione, & animi obfirmatione, atq, pertinacia nunquam miſerrime vinces. His dictis nihil mouetur Bertelierus, ſed in ſua conſtantia fortiſſime, virtute animi vires corporis corroborante, perſeuerauit, nihil penitus volens confiteri, quod veritati, & ſuæ conſcientiæ aduerſari poſſit. Impij iudices videntes ſe hoc

modo nihil efficere poſſe, alia via atque ratione,qua,ſuos conatus, atque aſtutias inueſtigare,& conſequi poſſent,aggrediuntur hominē. Mittunt ad matrem eius, in cuius corpore,ob tantos cruciatus atque afflictiones vix halitus ſupererat vllus, quæ relicta Geneua fugerat in terras foucigniacas propter horrenda flagitia, quæ viderat in vrbe quotidie fieri plurima, & huic legationi neminem cenſent aptiorem eſſe amblario, qui fuit vnus de numero dominorum parui concilij, homo gratiſſimus & aptiſſimus ad permouēdos hominum animos, vt quem Caluini diſcipulum facilime agnoſcere potuiſſes. Is ab omnibus electus, eſt vt ad mulierem iret,& ei perſuaderet, vt ipſa dignetur venire Geneuam propter vtilitatem,& honorem ſui filij, qui fuit in carcere mirum in modum tortus & cruciatus, & eligens potius mori,quam quicquam contra deum & veritatem fateri, quod damno aut vitio ſui proximi verti poſſe putauerat. Ipſe ambrarius bene nouerat fictis,& falſis promiſſis artem ineſcandi miſeram mulierem,quibus non ſolum eius filius donaretur libertate,verum etiam ad ſummos veheretur honores,ſi ipſe dominorum cō cilij voluntati obediret,& quod poſtularent libere fateretur,veluti,ſi id cuius accuſatus eſſet, audacter & libere affirmaret eſſe verum, & tātum diceret dominum Perrinum, & eius ſocios,qui relicta Geneua aufugerant, ſe ſolicitaſſe, quod cum ipſis eſſet particeps totius cō-

ſpirationis, & ſi hoc fateretur, quod prius negauerat, donaretur ciuitate & facile eſſet in numero eorum qui præſunt in concilio. Hic homo aſtutiſſimus & callidiſſimus ita blandis verbis egit cum muliere, modo non montes auri pollicens, vt illa rediret Geneuam pro ſalute & liberatione ſui filij. Infœlix mulier vbi venerat Geneuam recta pergit ad carcerem, vbi videt ſuum filium funibus ligatum, & miris modis toto corpore cruciatum, ac laniatum, quæ paucis voluntatem, & deliberationem dominorum concilij ſuo filio exponit, qui decreuerant eum omnibus modis potius torquere, & cruciare, tum demum immiſericorditer in carcere necare, quam non tormentes vincere, aut blandis promiſſis pellicere, & in ſuam ſententiam trahere. Itaque miſera mater etiam atque etiam exhortatur, atque precatur, filium, vt dominorum concilij volũtati obediret ipſorumque votis acquiſceret, atque pareret, quã uis id quod poſtulant, ſit contra veritatem & eius conſcientiam, & ſolo hoc modo ab omni pœna cruciatu, tormento quam ocysſime liberetur, & dignitate officio, honore quam maximo decoraret Pręterea addit miſerrima mater talia piomiſſa eſſe ſibi facta per dominum amblarivm ex ſententia, & decreto omnium dominorum concilij. Tandem infœlix mater furit, inſanit, gemitu, & fœmineo vlulatu totum carcerem implet, & filium agitat, vexat,

O deliram aniculam, quæ perſuaſit filio ſuo contra eius conſcientiã quicquam tentare, cũ conſcientia bene actę vitæ multorũ que benefactorum recordatio iucundiſſima ſit vir enim bonus nullã rectam lætari ſolet, quã officiorũ ſuorũ conſcientia huic aniculæ ſunt multi Scoti quã ſimillimi, quorũ alij ſunt impij miniſtri, alij vero ſunt ſacrilegi, quos certum contra ſuam conſcientiã multa moliri.

cruciat ira exclamans. Non ego te, ſed duris te genuit cautibus ingens caucaſus, hyrcanæque tibi dederunt vbera tigres, quid cunctaris? & te ad maiora ſupplicia reſeruas, non gemitu moueris noſtro? non lumina flectis? non lachrimas victus fundis? nec chare matris miſereris amantis? ſi non tui, ſaltem matris miſerere dolentis. Quo gemitu blandiſque promiſſis commotus iuuenis iudicium voluntari patiebat, & omnia, de quibus interrogatur fatetur eſſe vera. Cæterum non citius confeſſus eſt & ea fatebatur ſunt ſcripta, atque publicata, quam ipſe miſerrimus homo ſit tradit⁹ morti, id quod acciderat eodem die. Tum demum miſerrima mater, cum videret ſuum vnicum filium præter omnem ſpem, & promiſsionem ita crudeliter interfectum, & ſe ipſam mortis eius authorem eſſe, acerba percuſſa dolore, & vix compos mentis totum cœlum clamoribus implet, atque infinita mala deuouet, atque imprecatur capitibus perfidorum, ac miſerorum iudicum Geneuenſium, & ſcindens comas, & vultum inguibus fœdans, ſæuit inops animi, omneſque vicinas incenſa furore per vrbes cu currit, deum teſtem innocens infidelitatis ac crudelitatis Geneuenſium, & opem auxiliumque contra eos a ceterarum vrbium principibus poſtulans. Beza iſtud crudeliſsimum facinus negare non poteſt, quod domini Bernenſes, & cęterarum vrbium ciues ſatis clare teſtātur, cuius cauſa adeo incenſi, & inflammati fuerant,

fuerant, vt parum abfuerat, quin contra tales monſtroſas & omnis rationis & humanitatis expertes beſtias ſe armaſſent, & penitus Geneuam omnium malorū lernam, & merito euertendam excidiſſent. Interim Caluinus & cæteri miniſtri Geneuenſes ei obtemperantes nunquam deſierunt vociferari, & rugire contra illos qui ita miſere interfecti fuerant, aut relicta Geneua alio ſe contulerant, omni morbo animi, ac petulanti lingua, & maledictis ſedulo perſequentes eos atque ſemper ſtomachantes, & debacchantes in eoſdem, tanquam in filios cacodœmonis. Præterea vnuſquiſque eorum miſit literas ad Gallos amicos ſuos ſignificantes dei gratia ſe omni periculo, ac damno ereptos, ac liberatos eſſe inimicorum nouæ religionis id eſt hereſeos (vt nos catholici interpretamur) qui contra aduenas, & peregrinos conſpirauerant, & decreuerant vna nocte eos omnes vſque ad vnum interficere, qui in vrbē gratia quinti euangelij venerant. Quanuis illi impij Geneuenſes fautores Caluini omnibus modis ſtuduerant impietatem, & ſuam iniuriā occultare, tamen nihilominus plurimis bonis viris illa cognita, & nota fuit, & domini Bernenſes ab omnibus piis viris probari & laudati fuerant, qui illos innocentes viros ſupra cōmemoratos in ſuas vrbes receperant interea Caluinus nunquam ceſſauit, neque nocte, neq; die vociferari, imaginari, excogitari mille mēdacia, quibus ſuam aſtutiam, & calliditatem

occultaret,& illos miſeros iuſte morti traditos probaret Nunc ſequitur ſecunda hiſtoria impiorum Geneuenſium a Caluino excogitata atque inuenta,quæ eſt eiuſmodi.

Caput vigeſimum.

NOn ita pridem venerat quidam iuuenis e terris Lumbardiæ,habitandi gratia Geneuam,qui nuper famulatus fuerat duci Albano mediolani pro Hiſpaniæ rege gubernatori. Caluinus vbi intellexerat aduentum iuuenis, eum ad ſe accerſit, quem cum comitibus eius adeo ſolicitat,vt is finxerat ſe eſſe ſpeculatoré, tanquam a duce Albano miſſum, vt naturam loci & ſitum vrbis diligentiſſime obſeruaret, atque ſingula notaret, & cum præfecto Perrino,& eius ſociis,Vuandelo, & Baldaſaro, qui promiſerant domino ſuo duci albano tradere vrbem,totam rem tranſigeret, atque componeret. Præfectus Perrinus,Vuandelus, & Baldaſarus,qui iam habitabant in terris dominorum Bernenſium,tota fraude Caluini probe intellecta,ſtatim recta pergunt Bernam, & a dominis Bernenſibus precibus impetrant,vt ſpeculator cogatur venire Bernam, vt coram reis ſiue accuſatis rem probet, ſiue quod intendit coram iudicibus ibi defendat.Cura & diligentia dominorum Bernenſium adductus eſt ſpeculator vſque in vrbem Bernam,& a ſociis itineris probe inſtitutus,& admonitus fuit,quo-

modo ſit in re propoſita progrediendum, & quid ſit ſingulis reſpondendum, & quibus ſignis cognoſcantur, atque notis inter ſe diſtinguantur, quos nunquam prius viderat, neque, niſi verbo, nouerat, vt ſi titubet, aut erret, quo reuertatur non habeat. Speculator, tanquam bonus diſcipulus initio cœperat audacter reſpondere, & omnia quæ a Caluino & a cæteris præceptoribus didicerat, aut recordatus fuerat, prompte & expedite loqui, tamẽ in ſignis, quibus debebat alterum ab altero diſtinguere, penitus errauit. Nam cum confeſſus eſſet ſe eos vidiſſe, & cognouiſſe, tamen nõ potuit eos diſtinguere, ſed alterũ alterius nomine ſalutauit; Baldaſarum vocauit Perrinum, & Perrinum Vuandelum, vnde domini Bernenſes prudenter intellecta aſtutia, & calliditate, ſiue fraude, & dolo miſerrimi monſtri Caluini, & illorum, qui eius impietati fauerant, Geneuẽſes cum illorum ſpeculatore remiſerunt ad ſuos, & dominos accuſatos, ob eorum innocentiam, & probitatem, abunde vt par erat, laudatos dimiſerunt. Theodorus Beza hoc totum poſſet, ſuo more negare, niſi prædictus ſpeculator ſtatim poſtea egreſſus Geneua Italiam verſus mutata veſte, vt pro eo ipſo qui fuerat, videretur aliꝰ, ſatis properabat, at celeritate illorum qui eum inſecuti ſunt, captus eſt apud Viẽnam, & reductus Bernam, vbi libere & ingenue atque aperte coram omnibus rei totius veritatem eſt cõfeſſus, & quomodo, & per quos, & quamobrẽ

illud fecerat, & qua ratione auſus fuerat eos calumniari,& accuſare,quos non cognouerat, & qui nunquam ei nocuerant.Prædicti domini a ſpeculatore nuper accuſati teſtimonium totius rei geſtæ poſtulatum per ſcribam publicũm in ſuæ innocentiæ perpetuam laudem, & in ſuorum inimicorum dedecus, & æternam ignominiam facile impetrant. Cæterum iſtas aſtutias,& commenta Caluini bonorum virorũm iudicio relinquo,qui non ſunt addicti, neque ſectæ Caluinicæ conſecrati.Nam propriũ eſt eorum omnium,qui ſe cuicunque ſectæ rationique vitæ hæreticorum vouerũnt, aut addixerunt, laudare omnia quæ per principem ſuæ ſectæ fiunt,& eorum omnes dolos, & errores excuſare,aut defendere,atq; tueri,& tandem ſuæ patriæ, gentis, familiæ, & omnium ſuorum bonorum potius ruinam,atque interitum pati,quam ſuæ ſectæ dedecus, atque infamiam videre.Id ſatis compertum, & exploratum habeo de quibuſdam miniſtris qui ſe addixerant,atque conſecrarant Caluino interrogatis, quo modo ſecundum ſuam conſcientiã poſſent fauere tam impiis mendaciis, calumniis,iniuriis,& rerum publicarum ruinis,quas perpetuo contra deum, & ſuum proximum molirentur,reſpõderunt ſe hoc facere propter gloriam dei, & interitum inimicorum euangelij,qui repugnant reformationi eius, & hoc eſſe ſibi ſatis pro ſolutione atque defenſione eccleſiæ Geneuenſis, & propter gloriam dei

Horrẽdum & deteſtãdum reſponſum miſerrimorum Caluinianorũ que clariſſime oſtẽdunt minime ſe curare mentiri, et veritati omnino repugnare, modo videãtur, ſuam hæreſim ſiue impiam doctrinam quouis modo defendere poſſe.

non modo eis licere,verum etiam neceſſarium eſſe aliquando mentiri,& veritati aduerſari,ex quo licet clariſſime ſcire, quam ſit impia doctrina ſceleratiſſimorum hæreticorum Caluinianorum, cúm chriſtus aperte dicat ego ſum via,veritas,& vita,ex quo perſpicuum eſt mẽdacium non placere deo.

Caput vigeſimum primum.

CAluinus ad omnes nouas mutationes, & inuentiones procliuis,& promptus,quib' eccleſiam dei,&reſpublicas,perturbare poſſet, cœpit imaginari,atq; apud ſe excogitare, quo modo ſolicitaret miniſtros Bernenſes, & potiſſimum eos qui habitabant in terra conquiſita,(ſic illi loquuntur)vt poſtularent ſibi dari bona eccleſiæ, quæ ad abbates, epiſcopos, & priores ſpectabát,quę ſunt poſſeſſa ab illis poſt mutationem religionis,& ſuam petitionem ex eo quod ſcribitur quarto capite actorum apoſtolorum confirmabant, quod omne argentũ, & pretium bonorum quæ vendita fuerant ab iis,qui nomina ſua dederant chriſto, & primũ in ſacro fonte abluti fuerant, & eccleſiæ adiũcti,allata erant ad pedes Apoſtolorum, qui vt opus erat,dabant ea pauperibus, & hac ratione vſi,volebant habere vſum, & diſtributionem bonorum,quæ habebant illi qui primum eccleſiæ præfuerunt.Cæterum domini Bernẽſes nolebant iſtud audire,&prohibiti ſunt mi-

niſtri cacodæmonis,ne amplius hac de re verba facerent,ſed tantum prædicarent, & docerent populum verbum dei. Caluinus videns ſe hac in re nihil profuiſſe, ſtatim ſignificat Petro vireto miniſtro Lauſannę,& aliis miniſtris terræ conquiſitæ, quod opus ipſis eſſet poteſtate excommunicandi,& abſque iſta poteſtate,& authoritate malos & impios,qui falſo fidem chriſti profiterentur, non poſſe a bonis & piis ſeperari,& ita miniſtros vituperari, & verbum dei reiici,atque contemni. Hunc articulum miniſtri in ſua congregatione,& ſynagoga ſatanæ propoſuerunt, & deinde eum vt ratum,& firmum concluſerunt, tum demum ex ſuis aliquos ad hanc legationem aptiſſimos qui viris primariis, & dominis concilij hunc articulum proponerent,atque impetrarēt,miſerunt. Sapientes viri concilij prudenter animaduertentes callidiſſimā poſtulationem ſuorum miniſtrorum,& maximi ponderis, atque momenti eſſe,id quod ſibi dari volebant, atq; intelligentes homines tam commode poſſe habitare in Hiſpinia,vbi habetur diligentiſſima inquiſitio eorum, quæ ſpectant ad fidem catholicam,quām in terris dominorum Bernēſium,ſi data eſſet ipſis miniſtris excommunicandi quoſcunque vellent, poteſtas, cum illi ſceleratiſſimi nebulones, & impudentiſſimi lupi in pelle agnina latentes qui ſunt extra eccleſiam catholicam,neque habeant,neque poteſtatem habere poſſint excommunicandi, vel

lupum, vel porcum. Iis igitur illico reſpondetur, ne amplius hac de re verba facerent, ſed tãtum ſuo munere fungerentur prædicantes, & docentes populum. Caluinus intellecto reſponſo dominorum Bernenſium, tanquam homo omnis rationis, & conſilij expers, & ſupra modum pertinax, & obſtinatus in iis quæ fieri volebat, nunquam deſtitit, & literis, & verbis ſuadere miniſtris, ne incepto deſiſterẽt victi, ita quod eorum plurimi decreuerant potius ſuum miniſterium, officiumque relinquere, quam non poteſtatem, & authoritatem excommunicandi impetrare: dicentes id nihil aliud eſſe quam contemnere euangelium, & ſacramentum cœnæ (vt hæretici loquuntur) cõmunicare ſine diſcrimine, & bonis & malis, vitioſis, ſiue flagitioſis, & probis atque virtute præditis. Hanc ob rem miniſtri ad dominos Bernenſes reuerſi idem ſibi dari poſtulant, qui bus mox reſponſum eſt, quod redirent, & tantum prædicarent, atque populum docerent, & quod munus & officium excommunicandi eiuſmodi ſycophantis & vulpibus nõ deberet concedi, & in poſterum neque redirent, neq; amplius quicquã tale poſtulare auderẽt, quod nollent aliam excommunicationem in ſuis terris, & dominiis eſſe, quam baculum iuſtitię, *qui viuunt neque ſolent neque debent poſtulare veniam excommunicandi ab hominibus profanis, qui nullam eiuſmodi poteſtatem haben`, ſed ab iis qui præſunt eccleſiæ chriſti.*

Inſanus nebulo, Caluinus, cui non licuit vel benedicere vel maledicere vel maledicere par co, vel cui, omnibus modis laborauit perſuadere miniſtris dominorum Bernenſium, vt impetrarẽt veniam a dominis ſuis excommunicãdi eos qui male viuerent ex quo ſequitur eiuſmodi ſycophantas aſſerte faceri ſe non eſſe in eccleſia catholica, in qua,

quo malos, & vitioſos ſecundum modum & menſuram criminis, vel delicti æquum eſſet caſtigari, & hunc baculum, ſiue gladium penes principes viros, & dominos concilij, non autẽ inſanos miniſtros eſſe. Adhuc inexorabilis, & implacabilis iſte Caluinus, cuius cor æris cinxerunt vincula tria, mirum in modum ipſum viretum, & cæteros miniſtros ſollicitat, quib' oſtendere conabatur verum officium & mun' boni paſtoris eſſe, non tantum paſcere ſuum gregem, ſed etiam eum oportere quam diligẽtiſſime ab omni morbo, & animi contagione protegere, atq; tueri, propterea quod eius officiũ ſit oues morbo, aut ſcabie infectas a grege ſeparare. Iis ita perſuaſis addidit etiam Caluinus ſe literas a pluribus Galliæ vrbibus recepiſſe, quibus ſcriptum erat illos quærere miniſtros, qui nouerant Gallice prædicare. hoc nouum commentum ſycophantæ addidit animũ ſtultis miniſtris, longeque eos audaciores fecit, quorum aliqui cum vireto hoc quoque tertio tempore audacter, & arroganter recta ad dominos Bernenſes pergunt, vt ab eis veniam, & poteſtatem excommunicandi, & authoritatẽ priuandi illos cœna, qui male viuerent, impetrarent, alioqui cœnam feſto natiuitatis domini, quod nunc inſtaret, non communicarent, & officium omnino relinquerẽt. Domini Bernenſes eiuſmodi ſycophantarum impudentiã, & audaciam videntes concludunt, quod ocyſſime pellãtur in exilium, (quod vtinam quam

ocyſſime iſtud; accidat omnibus impiis miniſtris Scotis) & cum ſumma ignominia, & nota infamiæ priuentur terris dominorum Bernēſium, & quod vnuſquiſque eorum portaret literas ad præfectum ſuæ vrbis, in qua habiter, quibus inſpectis præfecti mandato continuo pellatur in exilium. Itaq; vnicuique datæ ſunt literæ ad ſuum præfectum, ignoranti tamen quid in eis eſſet ſcriptum, quibus a præfecto acceptis vnuſquiſq; ſtatim cum ſumma ignominia pulsꝰ eſt in exilium, præter viretum, qui per quendam intimum amicum admonitus literis præfecto non datis, ſtatim ſe contulit Geneuam. Præfectus Lauſannæ cognita fraude, & fuga vireti, ad eius cubiculum pergit, in quo poſt longam inquiſitionem, maximum numerum literarum reperit, quæ manu Caluini ſcriptæ ad petrum viretum fuerunt, & præcipue ibi repertæ ſunt literæ, quibus Caluinus incitauerat ipſum viretum, vt is ſibi dari poteſtatem excommunicandi peteret, alioqui diceret ſe relicturum eſſe miniſterium, & munus prędicandi, & omnes iſtæ literæ, quæ fuerant quadragintæ duæ lectæ & datæ ſunt in manus dominorum Bernenſium, qui admirati ſunt Caluinum fuiſſe hominem tam impium, turbulētum, ſeditioſum, iniurioſum, omnis pacis, & concordiæ inimicum, & reipublicæ ſaluti perniciosum, damnoſum, atque infeſtum, quamuis, ſi Theodoro Bezæ credimus, ipſe fuit animo leniſſimo, clementiſſimo, facillimo, mitiſ- *Hinc ſciri poteſt quā mendax et impius ſit Beza.*

ſimo indulgentiſſimo, & omnis concordiæ & pacis amantiſſimo.

Caput vigeſimum ſecundum.

Beza fatetur Caluinum infinitis dolorib⁹ cruciatum finiſſe, dum adhuc uiueret.

TEmpus eſt nos loqui de iis quæ acciderũt Caluino ſub finẽ curriculi vitę eius, quod exiguum hominibus natura circumſcripſit, æternum, emenſumque gloriæ bene beateque viuentibus. Ille autem ſub finem vitæ ſuæ infinitis pene doloribus, dum adhuc viueret, fuit cruciatus, atque confectus, id etiã quod Theodorus Beza fatetur, ita quod non modo propter ſuam hæreſim, & vitam peſſime actam, poſt hanc vitam, verumetiam dum adhuc viueret, inferorum dolores, & tormẽta ſentiret. Hi ſunt morbi, hæc ſunt tormenta malorum, iſti ſunt cruciatus, ille ſunt pœnæ, atque afflictiones crudeles, quibus afflictus fuit miſerrimus Caluinus, vt teſtatur Beza, quanuis inuitus, dolens, atque veritate vrgente coactus, Phthiſis (qui morbus totum corpus extenuat, atque abſumit, & in putredinem cõuertit) dolor colicus, (qui eſt dolor genitus in colo. colõ eſt craſſius inteſtinum, tabulatum, ex quo excrementa eum accipiunt colorem, quo egerũtur) aſthma, (eſt morbus, quo quis non poteſt ſine magno ſono, & difficultate reſpirare) Lithiaſis, (eſt morbus calcularis in renibus, qui maximum cruciatum homini parit, fluxionem vrinæ prohibens (podagra, (qui eſt morbus ar-

Morbi quib⁹ Caluin⁹ mirum in modum cruciabatur ante mortem.

ticularis,pedibus potiſſimum infeſtus)hęmorrhois,(eſt morbus qui intra ſedem, ſiue anum naſcitur, ſi verba ſpectes eſt fluxio ſanguinis) cephalæa,(eſt intentus, ſiue vehemens capitis dolor,) & hoc dolore ſæpenumero cruciabatur. Ecce hi ſunt varij morbi quibus Caluinus ſub finem vitæ perpetuo dum extremum exhalaret ſpiritum, vexabatur, atque mirum in modum affligebatur, qui ſatis apperte, vel me tacente illum ira, & manu dei tactum fuiſſe. Cæterum ſi quis velit obiicere plurimos viros ſanctos,& magna pietate, ac virtute præditos multa,& acerba torméta, maximos cruciatus, afflictiones,moleſtias,& infinitos, pene dolores adhuc dum viuerent, in corpore perpeſſos fuiſſe,& omnia bona ſua amiſiſſe. Vnde ipſius Iob exemplum clariſſimum extat. Ad quod facile reſpondere licebit deum permittere hominem affligi in bonis exteruis, vel in bonis corporis,ſed non relinquere iuſtum confidentem in eo,qui quos agnoſcit eſſe ſuos culpa liberat,omni crimine, & afflictione tandem ſoluit, bonis animi & nonnunquam corporis ornat, & poſtremo in prima parte cæli locat, idque authoritate cõfirmatur diui Iacobi, qui quinto capite ſuæ epiſtolæ,ita ſcribit ſufferentiam (vide num clarius poſſit legi patientiam, vel tollerantiam,Gręcæ legitur ὑπομονὴν)Iob audiſtis,& finem domini vidiſtis,quod miſericors eſt dominus,& miſerator.Bonitas & miſericordia dei erga iuſtos facile agnoſcitur ex

eo,quod canit propheta pſalmo trigeſimo tertio.Oculi domini ſuper iuſtos,& aures eius in preces eorum,quibus verbis Dauid allicit atq; trahit omnes ſuo exemplo ad laudandum deũ, at de impiis atque hæreticis ἐναντίον dicitur, vultus autem domini ſuperfacientes mala : vt perdat de terra memoriam eorum. Vide num ſatis clare hic interpres exprimat ſenſum,quia vt in primo verſiculo legitur oculi ad iuſtos אל־צדיקים vbi ad ſumitur in bonam partẽ: Sic in ſecundo verſiculo legitur vultus in plurali numero ſuperfacientes malum,ſiue potius contrafacientes malum per aliam præpoſitionem. Vbi hebraica dictio eſt in id eſt contra, & ſic ſumitur in malam partem, quanuis non ſatis clare interpres videatur exprimere ſẽſum cum in vtroque verſiculo diuerſas voces exprimat per vocabulum ſuper quando iuſti clamãt ad Deum,& præces fundunt exaudiuntur , & afflictionibus,& periculis liberantur.Nã deus propinquus eſt illis qui agunt pœnitentiam,& eiuſmodi ſunt animo humili, qui autem ſuperbiunt , nihil abiectum,nihil humile cogitant. Multæ ſunt afflictiones iuſtorum:& de omnibus his liberabit eos dominus.Mors peccatorum peſſima eſt,& qui oderunt iuſtum delinquent,id eſt peccabunt vel vt alij interprętantur peribunt,vel vt nonnulli dicunt deſolabũtur,hæc,& ſimilia loca,vt melius intelligantur opus eſt cognitione hebraicæ,Caldeicæ , & Græcæ linguę,cuius impij miniſtri fere omnes

ſunt ignari. Diuus Paulus etiam decimo capite primæ ad Corinthios ſatis clare oſtendit eos, quos deus diligit, & eligit multas afflictiones perpeſſuros, ſed inde tandem liberandos his verbis. Fidelis autem eſt deus, qui non patietur vos tentari ſuper (vide num potius & clarius ſupra ſit dicendum. Nam ὑπὲρ cum accuſandi caſu apud doctiſſimos viros & linguæ græcę peritiſſimos ſignificat ſupra, vltra, trans.) Id quod poteſtis, ſed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt poſſetis ſuſtinere. Sed hoc clariſſime omnium oſtenditur ex eo, quod ſcribitur ſeptimo capite Apocalypſeos. Abſterget deus omnem lachrymam ob oculis eorum. Cęterum nunc redeundum eſt tandem ad miſerrimas afflictiones, & horrendos cruciatus infœliciſſimi Caluini, quibus ſupra modum affligebatur & cruciabatur vſque dum moriretur. Præter hæc omnia genera morborum, quę recitauit Beza adhuc quadam ſpecie morbi affligebatur, qua legimus inimicos Dei, diuina iuſtitiæ eius cruciatos, atque afflictos fuiſſe. φθειριασις morbus eſt pedicularis cuius corpus, qui tali morbo laborat, totum ſcatet vermibus atque pediculis, cuiuſmodi morbo periit Sylla dictator, qui tot flagitia horrēda, perpetrauerat, tot ciues occiderat, & toties forum romanum ciuium ſanguine oppleuerat. Hoc morbo miſerrime cruciatus, & totus confect⁹, tortus, vexatus, & exeſus fuit Caluinus. Huic malo etiam acceſſit horrendū hulcus in podice

Miſerrimus hæreticus Caluinus, dum adhuc viueret omnibus dolo-ribus, quos vnquā perpeſſi fuerāt ſceleratiſſimi tyrāni, cruciatus atque confectus fuit.

pus fœtidiſſimum, copioſiſſime perpetuo fundens, & pudenda (adſit reuerentia dictis) miris modis tota corroſa, abſumpta, & exeſa fuere, loquar? an ſileam? horrendis vermibus ſcatentia tetris. Hoc modo honorius ſecundus rex Vuandalorum poſtea quam perſecutus fuerat eccleſiam dei octo annis (id quod nunc faciũt miſerrimi hæretici Galli, Angli, Scoti Germani membra ſatanæ) totus exeſus pediculis, & vermibus vndique ſcatentibus periit: Arnolphus imperator qui ſucceſſit Carolo craſſo, homo ſceleratiſſimus, ac crudeliſſimus (hic nulla fere impietate hæreticis Scotis poſt habendus in direptione, & eccleſiarum ſpoliatione, in dei optimi maximi ſanctorum contemptione, in ſacerdotum ac virorum religioſorum conſpiratione, ac denique in piorum agricolarum, & ſimplicium hominum, in quibus potiſſimũ dei cultus locum habet oppreſſione) in deum optimum maximum, & eius ſanctos perpetuo arma mouens miſerrime periit. Nec qui ſequũtur vlla crudelitate, & impietate ſecundi fuere. Maximianus imperator crudeliſſimus, Antiochus epiphanes homo peſſimus, & callidiſſimus, eccleſiæ dei ſpoliator, gloriæ dei contemptor, qui in contemptum veri dei in templo Hieroſolymorum idolum iouis collocauit, cui populum ſacrificare coegit. Tertius fuit Herodes, qui infantes innocentes interfecit, & ſibi diuinum vendicauit honorem, & plures alij hypocritæ, & inimici dei, qui ſub prætextu &

ſimulatione pietatis, ſanctitatis, ac innocentiæ, fuerunt iuſtiſsimo dei iudicio, diuinaque vltione extincti, tali etiam miſerrimo genere mortis, ſcatentibus toto corpore vermibus, atque pediculis penitus exeſo, atque conſumpto perierunt. Poſt hanc mortem ſequitur ſecunda mors dequa loquitur diuus Iohãnes vigeſimo primo capite apocalypſeos, & hæc mors eſt condemnatio æterna, & ita non modo prima morte, ſed ſecunda etiam morte eccleſia catholica miſerrimum hunc hæreticum Caluinum interiiſſe, & omnes etiam qui eius ſequũtur doctrinam, niſi agant pœnitentiam, & ad eccleſiam catholicam, extra quam nulla eſt ſalus, redeant, atque reſipiſcant, morituros tenet. Quamuis Beza ſcribat contra eos qui cõdemnarunt Caluinum, & dicat eos mentitos eſſe, qui affirmant Caluinum impie, & miſere interiiſſe, nihilominus certum eſt Caluinum, ſatis impie, & miſere interiiſſe cacodæmones ſiue malos ſpiritus inuocãtem, iurantem, execrantem, & ſeipſum, tanquam malum auſpiciũ deteſtantem, & mille malis deuouẽtem ob immenſos, infandoſque dolores, cruciatus, afflictiones, aliaque infinita tormẽta, quæ ſenſerat, ac in corpore ſuo perpeſſus fuerat, Deo etiam admodum irato, atque offenſo, & ſuam iram, ſeueritatem, atque iuſtitiam non modo in vita futura, verum etiam in hoc præſenti ſeculo apertiſsime oſtendente atque monſtrante. Hoc idem etiam teſtantur, qui cum eo vixerunt, &

Miſerrima, maxime que horrenda de teſtãda & execrãda mors Caluini, quo nũquã fuit crudelior immanior, tetrior bellua.

in iiſdem ædibus, donec extremum duceret ſpiritum, & vltimus ſupereſſet halitus vitę, habitarunt. Hoc etiam accedit, quod quãuis miſerrimus Beza, vel quicunque alius impius negare vellet, attamen nouiſsimum eſt Caluinũ, deteſtatum execratum, atque auerſatum fuiſſe horam, qua vnquam ſtudere, aut ſcribere cœperat, adeo ſcatentibus toto corpore vermibus ac pediculis, tum demum his malis hoc addo, quod omnium miſerrimum eſt, quodque mẽs meminiſſe horret, hulcera maxime horrenda ac fœtidiſsima totum occupabant Caluinum, quod non tam aliis, quam ipſe ſibi moleſtus, & odioſus fuerat. Poſtremo omnium accidit ad hæc, quod propter fœtorem immenſum fœtorem minime ferendum, ac peſtiferum ſui corporis odorem, præceperat ſeruis, ne quem intromitterent in ædes ſuas. Nunc vnum omniũ maxime me mouet, quod ſilentio prętcrire nõ licet. Beza ſcribit, cum (id quod non mediocri laudi ſuo Caluino fore ſperat) ſuo præceptori patri & amico Caluino iam ægrotanti non fas fuerat egredi ædibus, & prædicare, aut publice legere, non fruſtra perdidiſſe tempus, ſed tum domi ſcripſiſſe, & abſoluiſſe, atque compleuiſſe ſuam poſtremam inſtitutionem chriſtianã, eamque latinam, & gallicam feciſſe. Cæterum hic non immerito poſsit quiſquam interrogare Bezam, quæ nam fuit iſta poſtrema inſtitutio, cum nemo adhuc viderit aliam inſtitutionem, quam eam, quam iampridem Caluinus emiſerat,

Hic Beza apertiſsimi mendacii conuicitur.

& in lucem ediderat atque peruulgauerat, & omnibus pictoribus atque poetis notam fecerat. Præterea, ſi Caluinus ſuam primam inſtitutionem tam diligenter, ſubtiliter, accurate, & docte, vt nemo melius ſcripſit, & quod ſemper ſuo præceptori, patri, atque amico tribuit Beza, quid igitur opus erat vel eam corrigere vel in lucem aliam poſteriorem, ſiue poſtremã edere? aut eãdem ſæpius renouari atque renaſci? nunc hic Beza quid reſpondeat, plane non habet, iam clariſſime, & apertiſſime conuincitur mẽdacij, quod vel me tacente vltro fatebitur ipſe. Ecce notiſſimum mendacium ipſius Bezæ, qui ſcribit, & dicit ſuum præceptorem, & patrem Caluinum tam doctum fuiſſe, quod nunquam quicquam retractauerit, aut aliquã particulam ſuorum pronunciatorum correxerit, quod non tam falſum eſt, quam falſiſſimũ, quia cum Caluinus eſſet accuſatus, & reprehẽſus, de quorumdam pronunciatorum erroribꝰ, in ſua ſecunda editione ea emendauit, atque correxit, & primos libros ſuppreſſit atque reticuit, & iam emendatos atque correctos imprimere, atque in lucem emittere curauit. Interim Caluinus inuehebatur in omnes, a quibus, vel læſus vel reprehenſus fuerat, & petulantiſſima lingua eos inſectans, quaſi eſſent mẽdaces, impoſtores, calumniatores, quos omnes remiſit ad ſuam poſtremam editionem, in qua correxerat ſuos errores, & ita eiuſmodi aſtutia, & calliditate vſus voluit ſe haberi pro docto-

Non tam calliditas & aſtutia, quã ſumma impudẽtia, & mira cõfidẽtia Caluini hic exprimitur.

re abſoluto, perfecto, irreprehenſo, vt, qui neq; verbo neque dicto vnquam quicquam retra-ctauerat, neque palinodiam cecinerit. Neque id proprium eſt Caluini, ſed etiam omnium fere miſerrimorum hæreticorum miniſtrorũ, qui impudentiſſime mentientes dicunt ſe inſtinctu afflatuque diuino perfuſos docere & prædicare, cum tamen apertiſsime eorum opera oſtendant eos ab inferis, a cacodæmone ad perturbãdum orbem terrarum eſſe miſſos.

Nulla terra ſceleratiorem Caluino vnquã tulit, nec quiſquam hæreticus tam breui tempore eccleſiæ catholicæ tãtum nocuit, neq; tot ſeditiones atque diſcordias inter principes concitauit, tot falſas humano ſanguine impleuit, tot animas miſerorum hominum perdidit.

Caput vigeſimum tertium.

De communi vitæ cõſuetudine moribuſque Caluini ſatis dixiſſe videmur, eius etiam aſtutias, calliditates, afflictiones, vero dei iudicio, ſeueritate, & iuſtitia ei illatas, impatibilemque dolorem, & deſperationem eiuſdem non omnino ſilentio præteriuimus. Nunc deinde videamus quomodo ſacram ſcripturam aperuit, atque explicauit, quia Theodorus Beza belle præfatus cum ſupra omnes ſanctos patres, & doctores antiquos, atque nouos extollit, cum omnibus hæreticis, qui vnquam ſcripſerunt longiſsime ſit poſt habẽdus, quod eorum omnium impudentiſsime, & indoctiſſime in maximum damnum, & ruinam eccleſiæ catholicæ ſcripſiſſe ſit viſus. Nam omnium hæreticorum, qui vnquam ſcripſerunt, nemo plures ineptias ſomniauit, plures captiones excogitauit, plures aſtutias, & calliditates quæſi-

uit,plures ſimulationes,præſtigias,argutias latentes,inauditas, & magis commemoratu indignas indagauit,plures deceptiones,fallacias, technas,dolos inuenit, innouauit, fabricauit, quam ipſe miſerrimus Caluinus ab aliquo cacodœmone inſtitutus, doctus, admonitus vt gloriam,& laudem dei minueret, & diuinum honorem chriſti humani generis ſaluaroris nō tam tolleret,quam penitus extingueret,& memoriam chriſti,qui eſt æqualis deo patri, abolire laboraret,& hoc videtur feciſſe, aut quod in ſumma rerum omnium ignoratione verſari ſit viſus,aut quod per ſummam fraudem, & certam malitiam a cacodœmone impulſus, agitatus,& motus aliquod inauditum ſceleſtum ac nefarium facinus contra deum optimum, maximum fingere conatus ſit. Nam certum eſt eum impium,proteruum,iniurioſum, facinoroſum, & ad omne malum procliuem, atque paratum fuiſſe. Notiſsimum eſt neque Caluinum, neque quemquam iſtorum impiorum miniſtrorum potuiſſe habere veram,& ſynceram intellectionem, & cognitionem ſacræ ſcripturæ,vel dei optimi maximi,quia teſtante ſacra ſcriptura in maleuolam animam non intrabit ſapientia. Non eſt tamen negandum quin Caluinus in ſtudiis literarum erat paululum verſatus,& multa etiam legerat, & ſcripſerat, ſed cum eſſet philoſophiæ imperitus,quod illi fere commune erat cum omnibus hæreticis miniſtris, Theologiæ ignarus, a cuius cogni-

Impius Caluinus ne primoribus quidem labris vnquā attigerat bonas literas, niſi forte dicas,qa erat grammaticus rudis & impolitus,pr oterea eum ſummum fuiſſe theologum.

tione omnes hæretici miniſtri, tanquam tacti ab anguæ abhorrent, omni genere vitiorum infectus, atque oppletus, nunquam ſacræ ſcripturæ veram & ſynceram intellectionem, & cognitionem eſt aſſecutus. Si diligenter notemus atque obſeruemus id quod de prudentia, præſcientia, prędeſtinatione Caluinus ſcripſit, nemo eſt bono, & ſyncero iudicio prędict°, qui non fatebitur eum reuocaſſe hæreſim cuiuſdam hęretici manetis, qui(ſi nominis interpretationem ſpectes, dicitur inſanus a verbo μαίνεσθαι, id eſt inſanire. Sola Scotorũ natio hanc hæreſim recepit, cum doctrinam Caluini admiſerit, & ita illa ſola voluit inſanire, & omni populo totius orbis terrarum dedecori maximo, ignominiæ extremæ eſſe, ſed non hanc ſolam hæreſim, ſed etiam quamcumque aliam eccleſiæ catholicæ apoſtolicæ atque romanæ repugnantem) affirmauit omnia neceſſario fieri æterno decreto, bona & mala, quamuis non clare, & aperte hoc dicat Caluinus, neque vtatur verbis, quibus id perſpicue, & euidenter intelligi poſsit, & quamuis formulæ dicendi verbis differant, tamen rebus conueniunt, & vnũ & idem in omnibus ſignificatur Sed iſtud eſt ſophiſtarum proprium aliis atque aliis vti verbis, vt facilius imperiti, & ignari decipiantur, vt poſtea explicabitur. Interim hic licebit notare aſtutiam & calliditatem ſatanæ, ſiue maligni ſpiritus, qui excitat ſuas furias, & hæreſes iamdiu damnatas, atque ſepultas, ſed eas cum

Aſtutia et calliditas hæreticorũ qui aliis atque aliis vtuntur verbis vt facilius decipiant imperitos.

aliis miſcet, tẽperat, mutat, variat, alterat, inno uat, interpolat, & alia in alia trãsformat veluti noua corpora rerum. Hæc aſtutia, hic ludus eſt ſatanæ, vt ex luto, aut ex re quacunque viliſsima, deo permittente, mox ſe transformet in aurum, vt imperitos, indoctos, atque impios decipiat, atque eludat, ſed viri docti, & boni a ſpiritu ſancto ducti ſceleratiſsimorum hæreticorum, & impiorum miniſtrorum in quorum corporibus loquitur cacodœmõ, iſtas aſtutias, & calliditates ſtatim notant & obſeruant. Nã tale quippiam acciderat tempore Conſtantini magni anno domini quaſi trecenteſimo vigeſimo octauo, quo tempore Ætius ſacerdos Alexandriæ per ſuam aſtutiam, artem, atque ſubtilitatem cacodœmonis renouauit falſam, & impiam doctrinam hæretici Ebionis, artimonis, & Pauli Samoſatani iam pridem condemnati ab epiſcopis ſynodi illius temporis. Interim Alexander vir ſanctus, & multum dilectus a deo epiſcopus Alexandriæ optime nouerat, & animaduerterat cęteros epiſcopos finitimos, atque vicinos, qui erant hęretici, ita hoc miſerrimo noſtro tempore Caluinus renouauit, & redintegrauit hęreſim ipſius hęretici manetis, & quamuis Caluinus non loquitur aperte, & clare iiſdem terminis & verbis vſus, quę ad fatalem, & vrgentem neceſsitatem ſpectent (quia alioqui clare & aperte ſe aperiret, & pateface-ret, & impietas eius nimis aperte omnibus innoteſceret, & ſic continuo fuiſſet condemna-

tus,& ab eccleſia reiectus.)Nihilominus tamẽ ille affirmat actiones hominum cadere ſub fatalem,atque vrgentem neceſſitatem,(iſtam falſam ſententiam philoſophus refellit libro de interpretatione)& laudat,atque probat ſentẽtiam Laurentij vallæ, de quo inſtitui copioſe loqui in quodam libro de pruidentia dei, quẽ ſtatim ſtatim dei gratia emittam in lucem.Itaque Celuinus ſcribit in quodam loco,& defẽdit ipſum Adamum neceſſario incidiſſe in peccatum(hoc falſum eſt, cum omne peccatum, quod ſub actionem cadit, quod doctores appellant peccatum actuale,& tale ſit vel mortale vel veniale,ſponte,& libere fiat) ita deo ordinante ab æterno, ita etiam ſtatuente atque decernente.Præterea aliud abſurdum & incõmodum ſequitur, addidit etiam miſerrimus Caluinus poſterorum,& infantium qui ratione ſeminis deſcendunt ab ipſo Adam,alios eſſe electos,& prædeſtinatos,ad ęternam gloriã, alios eſſe reprobatos,reiectos,atque deſtinatos ad perpetuam mortem, & huius rei vult primam,& principem cauſam eſſe dei voluntatẽ, citans quandam ſententiam diui Auguſtini ſuper Geneſim,vbi hic dicit omnium rerũ quæ ſunt, & fiunt ſolam cauſam eſſe voluntatem dei. Nonne Caluinus hic magnam iniuriam facit deo?quis eſt pater tam iniquus, inimicus, aut inhumanus, qui genuit infantem in hunc finem,vt intendat,& deliberet,aut interficere, aut ſuſpendere eum?ô miſerrimam,ac maxime

Hinc facilli me ſciri licet Caluinũ nõ tã inſanũ quã omnis rationis & iudicij plane expertem fuiſſe, quod cõtra philoſophũ a rebus ratione preditis liberũ arbitrium ſuſtulerit, & etiã cõtra diuinum Auguſtinũ rem ſuo motu & functione ſine mumere priuauerit.

impiam, atque deteſtandum doctrinam Caluini. Nonne deus in mille locis ſacræ ſcripturæ ſcribit, ſe non velle quemquam peccare? neq; ſibi placere interitum, vel perditionem damnatorum? neque ſe velle quenquam perire? neque ex ſe procedere interitum, aut perditionē Iſeralitarum? neque ſe eſſe authorem, & cauſã quo minus ſint filij eius? & omnia fecit illis, quæ ſolet pius, & miſericors pater facere ſuis filiis. Huius rei teſtimonium eſt locupletiſſimum oſeæ decimo tertio capite. Perditio tua Iſrael: tantummodo in me auxilium tuum. Ita vertit hunc locum vetus interpres, tamen verba hebraica hæc ſunt latine reddita, perdidit te (vitulus, vt quidam volunt, vel tua iniquitas) quia in me auxilium tuum. Illud vocabulum tantummodo quod addit interpres non eſt in Hebraico textu. Idē probatur ex eo quod ſcribitur vigeſimo tertio capite diui Mathei, vbi christus ita loquitur: quoties volui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub allas, & noluiſti. Idem oſtenditur ex eo quod ſcribitur, primæ ad theſſalonicenſes quarto capite. Hæc eſt enim voluntas dei ſanctificatio veſtra. Caluinus ſcribit deum creaſſe aliquos, vt eos perdat, & condamnet. Nonne hic miſerrimus ſycophāta clare, aperte, manifeſte, atque perſpicue ſuam ſummam ignorantiam, aut cacodœmonis malitiam, aut vtramque ſimul oſtēdit? pręterea Caluinus imponit Diuo Auguſtino, quem affirmat dixiſſe

Quãuis malum pœna ſit a deo tamen malũ culpæ ab eo eſſe negamꝰ quod ignorauit impiꝰ Caluinus.

omnium eorum quæ fiunt in mundo, ſolam dei voluntatem eſſe cauſam,cum nihil tale diuus Auguſtinus cogitauerit Hinc poteſt facillime ſciri maximam ignorantiam, aut potius extremam perfidiam & improbitatem occæcaſſe mentem Caluini.Nunc demum, vt ſumma ignorantia Caluini ſit omnibus notiſſima, aliquas rationes afferam ad eam refutandam, atque euertendam. Quanto melius Caluino philoſophus eſt locutus, qui non vult omnes actiones deo ſoli tribuendas eſſe. Hoc facile licet ſciri ex eo, quod ſcribitur octauo capite decimi de moribus, vbi ſcribit deos maxime beatos,atque fœlices, & quaſdam actiones oportere illis tribui,iuſtos ne?(inquit)an ridiculi videbuntur ſi commutent, & depoſita reddant,& eiuſmodi cætera agant,& tamen hæc doctrina Ariſtotelis eſt accepta & probata, ſi non in omnibus, ſaltem in plurimis, & in iis quæ ad noſtrum inſtitutum, & propoſitũ ſpectant. Si quis ita adeo ſit bonarum literarum ignarus,quod is parum credat Ariſtoteli, attamen impudens ſtatim habebitur,ſi diuo Thomæ hunc locum Ariſtotelis interpretanti, cuius doctrina fere in omnibus ab eccleſia catholica eſt accepta & probata, fidem habere nollet. Cum fœlicitas perfecta(inquit diuus Thomas) in quadam ſpeculatione conſiſtat,& dij, id eſt ſubſtantiæ ſeparatæ ab omni materia maxime ſint fœlices,atque beati, nec tamen poſſumus attribuere eis actiones virtutũ moralium, ita

Summa ignorantia immanis belluæ Caluini in Philoſophia & theologia, quarum cognitio eſt neceſſaria theologo.

diuus Thomas. Hic clariſſime vides non omnes actiones ſubſtantiis ſeparatis ſoli deo, & angelis a philoſopho attributas Præterea ſcribit philoſophus ſexto capite ſecundi de moribus his verbis. Sunt enim (inquit) affectus nō-nulli, qui continuo ſuo nomine ſunt cum prauitate connexi, vt maleuolentia, impudentia, inuidentia, & ſimiliter ſunt quædam actiones, quæ nunquam ſine peccato fiunt, quas nemo niſi impos mentis ſoli deo attribuere vellet, vt ſunt adulterium, furtum, homicidium, & reliqua eiuſmodi. Cæterum veniamus ad Diuum Iohannem tertia ſua epiſtola ita ſcribentem, cooperatores ſimus veritatis, Græcæ dicit συνεργοι, vbi συν præpoſitio ſignificat cum latine, & ſic Apoſtolus intelligit operatores cum alio, ex quo ſequitur contra impium Caluinū non omnes actiones ſoli deo tribuendas eſſe. Diuus Marcus decimo ſexto capite ita ſcribit domino cooperante & ſermonem conferēte. Apoſtolus eadem præpoſitione (cum) hic vtitur. Tum demum aliud abſurdum ſequitur, quod miſerrimus Caluinus hic tollat cauſas ſecundas, quas boni philoſophi naturali ratione ducti non ſoli deo tribuunt. Præterea Caluinus priuat ſuppoſita & ſubſtantias ſingulas ſuis ſingulis actionibus, contra philoſophum primo capite primi metaphiſicon. Caluinus non intellexit diuum Auguſtinum, vel ſaltem diſſimulauit ſe intelligere, quia diuus Auguſtinus vult dicere his verbis, de tot formis, & ge-

Tollere deū ab omni actione eſt plane ineptū, ſed dicere deū eſſe cauſam alicuius deformitatis vel prauitatis eſt valde abſurdum.

Impius tamen Caluinus ſoli deo omnia tribuere videtur quaſi ille ſit cauſa tam bonorū quam malorum.

neribus animalium, vt auium piſcium, & cæterarum beſtiarum, vt quadrupedum, vel pedibus carentium, nulla cauſam poſſe dari, cur eas deus ita creauit præter dei voluntatem, quia vt viſum fuerat ei, ita res produxit ſiue creauit in cælo & in terra. Secundum illud Dauidis pſalmo centeſimo decimo tertio. Deus autem noſter in cęlo, omnia quęcunque voluit fecit. Iob etiam vigeſimo tertio capite. Ipſe enim ſolus eſt: & nemo auertere poteſt cogitationem ei⁹, & anima eius quodcunque voluit, hoc fecit. Cęterum caſum, ruinam, rebellionem ſiue defectionem malorum, & impiorum ſpiritum, ſimiliter peccata & tranſgreſſiones, & præuaricationes, ſiue peccata ipſius Adam primi parentis, omnia mala, crimina, flagitia, ac turpia facinora, quę quotidie volunte ac ſponte cōmittimus, attribuere ſoli deo, eumque affirmare, omnium horum malorum eſſe ſolam cauſam, & authorem, arguit hominem non tā eſſe ignorantem, & omnium rerum penitus imperitum, quam eſſe ſtultum, aut potius mente captum, vel totum a cacodæmone poſſeſſum, & tanto doctori, quantus eſt diuus Auguſtinus nemini ſecundus, impudenter imponere. At pone diuum Auguſtinum erraſſe, quemadmodum ęrrare aliquando potuit, non tamen debuit iſte impoſtor ex falſis principiis progredi, aut falſis pro veris vti, & homines imperitos, incautos, imprudentes, vt ſunt plurimi, in errores, captiones, fallacias, technas, ac dolos trahe

Hic impius Caluinus non tam delirat, quam plane inſanit.

re. Huic iam tandem non tam diuinare, quam tempore meridiano ſol lucente, & ſuis radiis omnia complete, clariſſime & appertiſſime videri licet ignorantiam & malitiam Caluini in falſa & inepta explicatione ſacrę ſcripturę, qui in ſingulis fere verbis errat, & falſam impiam, atque hęreticam explicationem affert, a qua magis quam a venenoſo ſerpente eſt cauendum iis omnibus qui volunt bene beateque viuere. Nunc deinde videamus magnam infamiam atque ignominiam, qua omnibus modis is ſtudet dedecorare, atque ignominia notare dominum Ieſum chriſtum noſtrum ſeruatorem, & redemptorem.

Caput vigeſimum quartum.

DVos articulos decreuí explicare ſimul, ne prolixior, quam par ſit, neque faſtidium lectori, neque moleſtiam auditori parere videar, & quod ſuper eſt aliud tempus reſeruo. Illud primum eſt videndum quod Caluinus ſcripſit exponens epiſtolam ad hebreos, vbi potiſſimum quinto capite de oratione, quam chriſtus ad patrem in morte, antequam in manus iudęorum traderetur, haberet, in iis verbis, quę legimꝰ in verſione veteris interpretis, quę ſunt eiuſmodi exauditus eſt pro ſua reuerentia hic Caluinus ſpreta, contempta, atque reiecta interpretatione communi ab eccleſia catholica recepta, atque probata, verbum gręcū

Impietas Caluini in explicatione ſacrarũ literarum, cũ ſumma ignorantia coniuncta.

εὐλαβειάν interpretatur timorem, formidinem, quam explicationem nemo catholicorũ agnoſcit. Fateor hoc gręcum nomen eſſe ambiguum,&multa ſignificare,veluti reuerentiã, pietatem,religionem, pudorem, cautionem, metum,vt Iacobus Tuſſanus quondam lector regis Franciſci primi ſatis apperte oſtẽdit, ſed hic tantum pro reuerentia ſumitur, & ita etiã Eraſmus grecarum literarum peritiſſimus, & diligentiſſimus obſeruator ſignificationis vocabulorũ interpretatur, Theophylactus ita etiam habet,diuus Chriſoſtomus eodem modo interpretatur, Iohannes Gagnæus ita legit, dominus Catharinus cum iſtis conſentit,Petr⁹ Lombardus eodem accedit, hanc lectionem etiam diuus Thomas probat,nec ab iſta lectione dominus Arboreus recedit, quid cæteros græcarum literarum peritiſſimos commemorem?quidue morer? nunc ad hebraicum textũ me confero hanc epiſtolam hebraice ſcriptam ita Mõſterus vertit pro reuentia, qui peritiſſimus fuit hebraicarum literarum.Cæterum nemo omnium hanc impiam interpretationem Caluini affert,qui ſemper falſam, & longe petitam interpretationem afferre ſolet,& omnia ſine probatione dicit. Hinc ſciri poteſt manifeſta ignorãtia,aut aperta malitia, quæ ſemper latuit in illo.Primum tam terribili, & horrido timore dicit Caluinus chriſtũ perculſum fuiſſe, quod deſperauerat omni ſpe deſtitutus, & dubitauerat ſe morte abſorptũ iri, latine ſcri-

bit deglutiri,vel abſorberi, id quod potuerunt videre,qui legerunt librum Caluini,& in libro ſuo Gallico tranſtulit deglutiri *engloutj*. Maiori blaſphemia ſiue execratione, maledictione, vituperatione , conuicio,infamia,aut ignominia nunquam credo hæreticos Ebionē, Artimonem , Paulum Samoſatenum,Arium , ne Mahometem quidem notaſſe chriſtum. Nam primum hic ſycophanta negat diuinitatem fuiſſe in Ieſu chriſto,tanquam ignorante ſuum finem,neque ſciente certo,& vere ſe eſſe filium dei, qui habet totam poteſtatem ſuper vitā & mortem.Impius Caluinus tam immemor,diſſolutus & obliuioſus fuit, vt non meminerat verborum,quæ chriſtus locutus fuerat decimo capite diui Ioannis.Propterea me diligit pater quia ego pono animam meam , vt iterum ſumam eam,nemo tollit eam a me(ſcilicet nolēte,& neceſsitate vrgente,)ſed ego pono eam a me ipſo.Poteſtatem habeo ponēdi eam,& poteſtatem habeo iterum ſumendi eam. Hoc mā datum accepi a patre meo.Ego iſtos diſcipulos Caluini,qui deum,& eius eccleſiam catholicā reliquerunt, libenter interrogare vellem quomodo ſunt tam conſilij inopes.omnis rationis expertes,mente intellectuque carentes, vt hoc horrendum monſtrum informe , cui nulla ratio,nulla vnquam ſacrarum literarum intelligentia fuit, ſibi idolum eligerint ? aut quomodo illorum idolum non modo aſinus , verum etiam ſtipes , & troncus eo inſaniæ vnquam

Omnes hæreticos qui vnquā fuerunt impietate longe gentium ſuperat male dictus Caluinus.

Diſcipuli Caluini nō ſunt tam inſani & a fide catholica alieni, quī deucti peſti futurę & a cacodæmone toti poſſeßi, q deo reiecto atq; cōtēpto tā ineptum idolum Caluinum ſibi præfecerūt.

venire potuerat, vt in animum induceret credere noſtrum ſeruatorem Ieſum chriſtum, verum deum, & verum hominem adeo timuiſſe, aut veritum fuiſſe, ne morte abſorberetur, qui nunquam finem, ob quem venerat in mundũ, neque genus mortis quod debuit pati, neque modos, neque inſtrumẽta, neque inſtigatores, vel incitatores, aut impulſores, neque executores, ſiue operatores, aut effectores ſuæ mortis, neque locũ neq; horã, qua pati mortẽ debuit, ignorauit, cũ eſſet vere Deus, & deũ nihil latere potuit. Diuus Petrus dixererat chriſto vltimo capite diui Iohãnis domine tu omnia ſcis. Preterea ſi is qui eſt caput omnium hominum, in quo conſiſtebat perfectio fidei & fiducia, quam debemus habere de dei promiſſis, dubitabat, tremebat, vacillabat, quanto magis debẽt membra, queſunt debilia, & infirma dubitare, & nullam fiduciam habere? at Eſaias propheta, qui ſectus in duas partes occubuit, ita ſe animo robuſto, valido, infracto tulit, vt maximam afflictionem, extremum cruciatum perpeſſus nullum fere viſus eſſet ſentire dolorem. Similiter ſcribitur Danielis tertio de tribus pueris, anania, azaria, & mizael, qui fortiter, & animo ſe regis voluntati repugnãtes, & iniecti in fornacem ignis ardentis, multum abeſt, quod timerent, ne abſorberentur morte, cum ambularent in medio flammę ardentis cantantes & laudantes dominum. Quo etiam perculſus timore, aut quo caſu cõcuſſus acerbo fuit diuus

Stephanus, de cuius morte ſcribitur ſeptimo capite actorum Apoſtolorum, cum lapidibus obrutus eſſet pro ſalute eorum, a quibus eſt interfectus, funderet preces. Quidam etiam Marcellius cum ſuo fratre, Diocletiano imperatore iubente, corpore transfixo ſpiculo, ſiue lancea, mortis contempto dolore, hunc pſalmum decantans, ecce quam bonum quam iucūdum habitare fratres in vnum, eſt mortuus. Hic ego pene infinitos ſilentio pretereo, non modo fideles, qui de ſua ſalute certi erant, verumetiam multas infideles qui animo forti & generoſo, contempta morte extremum vitę clauſere diē, & Ieſus chriſtus princeps eorum omnium qui vnquam animo magno excelſoque fuere, vict⁹ ne morte, vt vult Caluinus, ſuccumbet. Debilitabitur? dolore frangetur. Hęc ſumma eſt ignominia, hęc eſt extrema infamia, qua a miſerrimo Caluino notatur Ieſus chriſtus. Cęterum hic videmus magnam ignorantiam & malitiā Caluini, qui, vt melius aſſequatur id quod velit, & ſuum propoſitum probet, communem interpretationem dictionis græcæ ἐυλαβεια mutat, quę ſecundum viros doctiſſimos, & gręcarum literarum peritiſsimos, ſignificat timorem, cautionem reuerentiam, pietatem, qua primum debemus proſequi deum, deinde parentes, poſtremo viros virtute prędítos. Hoc vocabulum etiam ſignificat auocationem, ſiue alienationem ab officio, & ratione, attamen non ſignificat timorem ignominioſum, aut in

Non modo Ieſus chriſtus, qui fuit & verus deus, & verus homo, et quē nihil latere potuit, de ſua ſalute nō dubitauit, verū etiā multi præclari viri pro chriſto morti ſuccumbentes de ſua ſalute certi fuere.

famia notatum,qui ex anguſto, puſilloque animo procedit propter aliquod eminens periculum, ſed potius ſignificat timorem ex virtute prouenientem,qui laudatur, & naſcitur ex amore,& reuerentia, quo quis proſequitur aliquem ob eius virtutem, & dignitatem, quod ſatis nomen adiectiuum εὐλαβὴς oſtendit, quod idem eſt quod religioſus, verecundus, cautus,prudens,cauens, quod miſerrimus hæreticus Caluinus ratione priuatus,ſenſibus orbatus ignoraſſe videtur,aut ſi nouerat,ſed quadam ſingulari malitiæ motus,ſe ignoraſſe ſimulauit,maiori pœna dignus eſt, qui vocabulum ad deteriorem partem traxit, pro honore, & tremore ineuitabili mortis,qui quidem tendebat vſque ad deſperationem ſalutis. Huic timori tribuere ſolent poetæ adiectiua anxium, & atrum, id eſt plenum anxietate, ſolicitudine, mœſtitia,& fœdum,ſiue incultum, horridum que aſpectu.at huiꝰ interpretationis nemo ſanctorum doctorum vnquam meminit neque talem timorem tribuit Ieſu chriſto. Alter error eſt quem admiſit Caluinus, quod in ſua tranſlatione ſumat præpoſitionem ἀπὼ omnino aliter quam omnes viri doctiſſimi, & literarũ græcarum periſſimi, & vt magis ſuam ignorantiam oſtendat,in ea ſignificatione, in qua nunquam reperitur, ſumpſit.Nam ἀπὸ nunquã περὶ vt ipſe voluit, quod idẽ latine quod ſignificat. Si quis dicat vocabulum ἀπὸ etiã non reperiri in ea ſignificatione in qua ſumitur

Non modo eſt Caluini, ſed etiã omniũ hæreticorũ propriũ omnia verba ãbigua ſiue homonyma ad deteriorem partẽ ſiue ſenſum trahere, vt in eccleſia catholica lites et ſeditiones pariant.

tur ſecundum communem tranſlationem, ad hoc facile reſpondeo, & dico præſtare relinquere ſiue retinere vocabula in ſignificatione, qua iam multis ſeculis ſunt recepta, & ab eccleſia catholica, atque a communi vſu probata, quam citra vllam rationem neceſſariam, & cogentem ea mutare, contra honorem dei patris, & eius filij Ieſu chriſti. Præterea ſi Caluinus fuiſſet tam doctus, quam nobis vult perſuadere Beza, potuiſſet animaduertiſſe hanc particulam ſumi pro ex, vel pro, veluti ibi ſolet ſumi ἀπὼ τῆς ἠσῆς ὀυσιᾶς ex æquis viribus, ſic apud diuum Paulum ἀπὼ poteſt ſumi, vt in præſenti loco ἀπὼ τῆς ἐυλάβια. Præterea ſi Caluinus in animum ſuum induxiſſet reſtituere hunc locum ad ſuum verum, & Germanum ſenſum, Quamobrem tam temerarie, tamque audacter addidit in textu illud pronomē ſuo, quia Caluinus ex græcis in latina tranſtulerat hoc modo, ille fuit exauditus ex timore ſuo, quamuis illud pronomen ſuo non eſt in græcis literis, quia græca verba hæc ſunt ἀπὼ τῆς ἐυλαβιας, id eſt pro reuerentia ſine pronomine ἀυτοῦ id eſt ſuo. Forſitam prolixior fui, quam par erat, in explicatione huius loci, vt ſummam ignorātam, vel extremam malitiam Caluini oſtenderem, quem inſanus Beza extollit ſuper omnes doctores, qui vnquam fuerāt. Voueat ſe, qui volet doctrinæ Caluini, eiuſque hæreſim tueatur, dicam, quæ obſeruaui circa hunc locum, in ſanctorum pātrum & antiquo

Impius Caluinus dum voluit videri hunc locum corrigere, cum deprauauit, & quæ in græcis non ſunt, cacodæmone dominoſuo cōſulto addidit.

quorum doctrinam lectione, qui proximi fuerunt Apoſtolis. In primis notandum eſt hanc orationem, quam chriſtus habuit ad ſuum patrem non fuiſſe ſcriptam teſtimonio eorum, qui audiuerunt, neque chriſtum habuiſſe eam coram quibuſdam præſentibus, quia hæc verba Ieſus Chriſtus protulit in monte oliuarum, ad quem ſuorum diſcipulorum tres ſecum duxerat, reliquis relictis in villa ſiue prędio, cui nomen erat Gethſemani, & etiam illi tres diſcipuli ſatis longo interuallo aberant a chriſto, quantus eſt iactus lapidis, & dormiebant prætriſtitia. Igitur ſpiritus ſanctus, cuius inſtinctu afflatuque hoc ſcriptum eſt veris, & ſynceris, & non fictis ſeruis dei hac oratione docet, & intelligere facit, dignitatem, magnificentiam, & excellentiam atque præſtantiam domini noſtri Ieſu chriſti, qui (quemadmodũ ſcriptum eſt ſupra quinto capite ad hebreos) diebus, quibus fuerat homo & ſubſtantiam atque humanam naturam induerat, parum eſtimatus ab hominibus, & pro malefactore, & latrone a iudæis habitus, hãc orationem ab imo pectore fudit, ſimulque lachrymauit coram patre, qui poſſit ipſum a morte liberare. Non igitur chriſt⁹ in lõginquas regiones profugit, neque ſyluas, aut ſolitudines deſertas, ſiue latibula ferarum, in quibus metũ mortis lateret, petiuit, neque angelis ſuis miniſtris imperauit, vt eius mortem impedirent, neque ſuos inimicos confudit, aut interfecit, ſed coram ſuo pa-

tre preces fudit, non per timorem vilem, & abiectum, ſiue effœminatum, & ab anguſto, & puſillo animo profectum, & timoris plenum, quo percul ſus erat, ne abſorberetur morte (tãquam voluiſſet fugere mortem, vt falſo & inepte ſcribit Caluinus) longe etiam aliter intellexit ſanctus Dauid, quam impius Caluinus, qui de chriſto ita vaticinatus fuerat. Exultauit, vt gigas ad currendam viam, a ſummo: cœlo egreſſus eius, ſed chriſtus orauit offerens ſe voluntate, & ſpõte morti, quam ab æterno a deo patre erat ſtatutum, atque decretum chriſtum aliquando actu pro redemptione humani generis paſſurum. Et hęc eſt oratio quam orabat. Pater, ſi vis transfer calicem iſtum a me, verũ etiam non mea voluntas, ſed tua fiat, vel vt ſcribit diuus Marcus orabat, vt ſi fieri poſſet tranſiret ab eo hora, & dixit Abba pater, omnia tibi poſſibilia ſunt: transfer calicem hunc a me, ſed non quod ego volo, ſed quod tu. Hac oratione ſanctus ſpiritus oſtendit duas naturas fuiſſe in chriſto, diuinam, & humanam, natura humana ſpectatur in anima & corpore, quod affectionibus naturalibus obnoxium, atq; ſubiectum fuit, & anima rationis compos omnes actiones, quæ a natura duce proficiſcuntur, operata fuit in eo, quæ non fuerunt cum aliqua deformitate coniunctæ & omnia molita fuit, quæ ad integræ naturæ conſeruationem ſpectabant, omnia contraria timens, vt paſſiones, afflictiones, & mortem, quę rei naturali interi-

rum fert,quia homo natura duce timet mortē. Hoc loco refelluntur Vtyches hęreticus abbas vrbis conſtantinopolitanę.qui fuit tertius poſt manetem hęreticum,& appollinaris,qui affirmarunt chriſtum non habuiſſe corpus humanū,ſed cœleſte,& impatibile. Igitur ſacra ſcriptura hoc loco contra iſtos hęreticos oſtendit apertiſſime, & clariſſime chriſtum fuiſſe verū hominem,& habuiſſe naturam humanam, ſecundum quam potuit mori, & vere mortuus eſt. Diuina voluntas etiam fuit in eo ſecūdum quam ratio conformauit ſe ad volūtatem dei. Præterea ſpiritus ſanctus per hæc verba vult docere neceſſitatem mortis chriſti, ſiue cuius morte humana natura manſiſſet imperfecta, ſiue ſpe,& reſurrectionis, & redemptionis, & çum dixit, ſi eſt poſſibile tranſeat a me calix iſte;chriſtus non orauit abſolute, nec ſecūdum rationem deliberatam,& conſilium definitum & determinatum ab æterno, vt non pateretur mortem, ſed ſecundum appetitum naturalem hoc dixit,quo refugit mortem,quia ſecundum rationem deliberatam, & conſilium definitū, ac determinatum ab æterno a deo patre, ſiue a Trinitate, erat paratiſſimus ad moriendum: Tum demum dixit chriſtus ſi poſſibile eſt,quoniam ipſe intellexerat impoſsibile eſſe quin moreretur, ſiue calicem paſsionis biberet per reſpectum ad æternam dei prouidentiam, ſiue conſilium definitum ab ęterno,quod falli non potuit,& ſecūdum poteſtatem ordinatam, nō

autem ſecundum poteſtatem dei abſolutam,& quantum ad ſecundas cauſas. Explicationem huius loci prolixius ſum perſecutus propter impios hæreticos potiſsimum Scotos, & Anglos, qui hunc locum Paulo obſcuriorem, & plurimos alios ſimiles, vt puto, ineptiſsime interpretantur, quod, cum eorum plurimi, aut ſint piſtores, ſutores, aut alij opifices, qui ſuam hæreſim populo prędicant, nō in philoſophia, quæ in primis eſſet tenenda, & minime omnium in theologia, quæ ſuos proprios terminos, & peculiaria vocabula tantum theologis nota, habet, neque in aliis bonis diſciplinis ſint verſati. Superſunt adhuc aliæ ineptiæ miſerrimi hæretici Caluini refellendę, quas iam ordine per ſequar paucis.

Caput vigeſimum quintum.

ALio loco ſatis ſuperque ſuam ignorantiam & malitiam oſtendit Caluinus, ſed infinitos pene errores Caluini hic volens, ac lubens prætereo, quia ab aliis doctis viris ſunt notati, atque refutati, ſed de hoc errore de quo iam ago, puto neminem, adhuc quicquam ſcripſiſſe, circa articulum, fidei, qui eſt de deſcenſu chriſti ad inferos. At hic articulus non eſt minoris ponderis, atque momenti ad probādam excellentiam & authoritatem Ieſu Chriſti, quā ſunt cæteri articuli eius de natiuitate, reſurrectione, & aſcenſione ad cœlum, tamen nihilo-

minus Caluinus aſtutia, & malitia cacodæmonis vſus, voluit ſupprimere, atque occultare hunc articulum. Cacodæmon ſemper ſtuduit gloriam dei occultare, & extinguere honorem Ieſu chriſti, & homines ſuperbos atque ambitioſos qui ſibi ſeruirent, ſemper excitauit excogitans ſemper aliquam nouam interpretationem ad excitandas hæreſes iam pridem extinctas, atque ſepultas. Ita ille malignus ſpiritus humani generis inimicus aſtute, & callide excitauit impium Arrium ad renouandam, & ab inferis reuocandam hæreſim Ebionis, Artemeni, & Pauli Samoſateni, qui nollebant filium eſſe vnius, & eiuſdem ſubſtantiæ, ſiue eſſentiæ cum deo patre, ſed vſi fuerunt aliis terminis aliiſque vocabulis vt venenum Ebionis, & ſociorum eius facilius occultarent, & cooperirent, qui fuerant iam pridem condemnati, & pro hæreticis habiti. Arrius non loquebatur de græco vocabulo ὑφιςάμενος. Nam vna eſt Patris, & Filij, & Spiritus ſancti eſſentia, quam Græci ὁμεϐσιαν vocant, in qua non eſt aliud pater, aliud filius, aliud ſpiritus ſanctus, ſed eſt alius, quia perſonis inter ſe, non autem eſſentia diſtinguntur, ſed ille miſerrimus hæreticus dixit verbum diuinum, ſiue filium non eſſe eiuſdem ſubſtantiæ, neque æternum cum patre, ſed patrem tempore anteceſſiſſe filium. Quanuis verbum quod ὁλογος græce dicitur (vt ille dicebat) erat ex ὀυκ ὀντων id eſt ex iis quæ non ſunt, quaſi vellet dicere ver-

bum ſiue filium ex iis factum fuiſſe, id eſt non ex rebus creatis,ſiue ex aliquo, hoc eſt vt clari° dicam, voluit verbum eſſe ex nihilo, quibus verbis inepte, & abſurde, atque falſo negabat diuinitatem Ieſu Chriſti,ſed eius aſtutia,&impietas ſatis erat nota per quendam Alexandrũ epiſcopum Alexandriæ, cui ſucceſsit diuus athanaſius,& ſtatim condemnata.Poſtea ille excitauit quẽdam Photinum presbyterum, qui, vt poſſet melius, & ſubtilius occultare ſuam hæreſim,& doctrinam quam volebat ſeminare in eccleſia catholica, & vt vituperauit Arrianos,& etiam orthodoxos,id eſt eos qui recte ſentiebant,horum, & illorum doctrinam condemnans,& excitauit hæreſim Ebionis,& ſociorum eius, quia interpretabatur illam dictionem ὁ λογος quæ ſcribitur primo capite diui Iohannis,decretum, & deſtinationem redemptionis hominis, & reſtitutionis vitæ per hominem natũ ex maria virgine. Interim iſte hæreticus photinus fuit refutatus in hac falſa interpretatione per quendam Baſilium epiſcopum Ancyræ prouinciæ Galatiæ. Ad ſummã, ne agam de ſingulis,hæc antiqua eſt aſtutia Satanæ excitare aliquos hæreticos, qui per falſas interpretationes ſcripturæ, occultant honorẽ domini noſtri Ieſu Chriſti,& introducunt falſam doctrinam in eccleſiam dei, id quod noſtro miſerrimo tempore ab impio hæretico Caluino factum fuiſſe videmus, qui potiſſimũ in expoſitione huius loci deſcendit ad inferos,

odio proſecutus eſt,& diminuit quantum potuit gloriam Ieſu chriſti, quia expoſuit hunc locum ille deſcendit ad inferos, ille poſitus fuit in ſepulchro,& quia a quodam docto viro fuit reprehenſus de hac battologia, quæ eſt verborum redundantia, ſiue eiuſdem rei vitioſa repetitio,& quod de illo articulo ſatis clare eſſet dictum in Apoſtolorum ſymbolo, fuit mortuus,& ſepultus abſque illorum verborum additione, miſſus fuit, ſiue poſitus in ſepulchro, Caluinus ſuas primas, quantum potuit, ſuppreſſit, atque reticuit anno domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſecundo,& curauit imprimi ſuas poſtremas editiones, in quibus non meminit de hoc deſcenſu domini noſtri Ieſu chriſti ad inferos, vt ſuos errores in primis editionibus admiſſos, occultaret, qua in re malitiam cacodæmonis oſtendit,& in hoc eſt ſimillimus illi, qui pugione inflixit alteri vulnus, & mox manu in ſinum retracta occultat pugionem, diſſimulans ſe vulneris fuiſſe authorem, attamen vt error,& malitia Caluini ſit omnibus notior, primarum editionum exempla adhuc reperiri poſſunt, in quibus miniſter, interrogat puerum hoc modo. Quid ſibi vult hoc, quod dicitur de deſcenſu chiſti ad inferos? ita reſpondet puer, his verbis intelligitur non tantum chriſtum paſſum fuiſſe mortem naturalem, quæ eſt ſeparatio animæ a corpore, ſed etiam animam eius incluſam fuiſſe in miris anguſtiis, quas diuus Petrus vocat doloris

inferni, vt vetus interpres vertit ſecundo capite actorum apoſtolorum. Pro greditur miniſter, & interrogat puerum qua ratione hoc factum fuit, puer reſpõdet, propterea quod chriſtus obtulit ſe deo, vt ſatisfaceret pro peccatoribus, oportebat eum ſentire hãc horridam triſtitiam in eius conſcientia, tanquam relictus fuiſſet adeo, & tanquam fuiſſet iratus contra illum. Cum eſſet chriſtus in hac triſtitia clamauit, Deus meus, quare me dereliquiſti? Paulo poſt addit, quod oportebat chriſtum ita affligi, vt teſtaretur illud quod prædixerat Eſayas. Qui fuit manu patris percuſſꝰ propter noſtra peccata, ſed ad refellendum errorem Caluini volo incipere ab iſta poſtrema ſententia, quæ eſt quod Ieſus chriſtus his indignis ſit acceptꝰ modis, vt verum oſtendatur dictum Eſayæ. Hoc in loco Caluinus ſummam ſuam ignorãtiam oſtendit, & qui ſequuntur eius ſentẽtiam multa loca euangelij explicationi huius loci accommodant. Hoc autem factum eſt, vt impleretur quod dictum eſt, & cætera, dicũt hoc factum fuiſſe, vt compleretur, hoc quod dictũ eſt per prophetam. Vbi notandum eſt illã particulam vt, non ſemper ſignificare cauſam, propter quam aliquid ſit factum, veluti pſalmo quinquageſimo. Peccaui & malum coram te feci, vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, quia vt ibi tantum ſignificat quandam conſecutionẽ,

Nemo unquã dixit animã boni latronis ſeparatam a corpore aliquã dolorẽ paſſam fuiſſe, quando quidẽ chriſtꝰ dixerat eam contiguo fore ſecum in paradiſo, & tamen impius Caluinus vult animã chriſti ſeparatã a corpore pœnas ſiue inferorum tormenta paſſam fuiſſe, quaſi mors chriſti pro peccatoribus ab inferis redimendis non fuiſſet ſufficiens, & anima chriſti a corpore ſeparata non ſtatim fuiſſet in paradiſo.

& in eadem ſignificatione in multis aliis locis ſacræ ſcripturæ ſumitur. Diui Mathei primo capite, hoc autem totum factum eſt, vt impleretur quod dictum eſt a domino, & diui Iohānis decimo nono capite facta ſunt enim hæc, vt ſcriptura impleretur. Simile etiam eſt illud, quod ſcribitur diui lucæ decimo quarto capite, cum inuitatus fueris ad nuptias, vade & recumbe in nouiſſimo loco, vt veniens is, qui te inuitauit, dicat tibi amice aſcende ſuperius. In omnibus iis locis particula vt non poteſt ſignificare finem ſiue cauſam propter quam, quemadmodum ſolet aliquando accipi. Non enim verum eſt ſic chriſtum voluiſſe agere, vel ſic pati, & ad hunc finem, vt ſcriptura implere tur. Non enim ſic agere vel pati voluit, quia ſic ſcriptum, vel ſic prædictum fuerant, ſed contra potius, ideo ſic ſcripta fuerant, quoniam ſic futura erant, & ſenſus eiuſmodi propoſitionū eſt, propterea quod. Hæc vel illa facta ſunt, cōſecuta eſt huius vel illius ſcripturæ impletio. Similiter hic locus Dauidis peccaui & malum coram te feci, vt iuſtificeris, non ita explicandus eſt hic locus, ego peccaui, & malum coram te feci ad hunc finem, vel propter hanc causā, vt tu eſſes iuſtus, ſed ſequitur, quod per peccatum meum iuſtitia tua apparuit, & tua conſtantia, & fidelitas in promiſſis longe alia fuit quam homines expectabant, aut iudicabant, quia iudicabant quod propter meum peccatū me priuares regno, quemadmodum expuliſti

Saulem regem,& quod chriſtus non naſceretur ex ſemine meo,contra tamen voluiſti vtrũque ratum & firmum manere. Similiter exponitur ille locus,qui eſt quinto capite ad romanos. Lex autem ſub intrauit,vt abundaret delictum. Hic iſta particula vt,non ſignificat cauſam propter quam,ſed indirecte, & per quandam cõſecutionem hoc factum eſt, quod poſt quam lex Moyſis datã fuerat hominibus, tunc continuo cœperunt homines peiores eſſe, & procliuiores,atque proniores ad peccandum, quia eorum appetitus feruentius,& ardentius ferebatur in ea quæ fuerunt vetita atque prohibita. Eſt enim natura inſitum rebus, vt contrarium feratur in ſuum contrarium,&voluntas,quia libertatem amat,quando ſentit ſe impediri,maiori conatu,& validiori vi,atque virtute reuititur,atque repugnat, iuxta illud poetæ nitimur in vetitum ſemper,cupimuſque negata. Sic dicendum eſt Ieſum chriſtum multa feciſſe,& multa etiam paſſum fuiſſe,quæ prophetæ prædixerant,non ob hãc cauſam, quod prophetiæ cõplerentur,ſed ita accidiſſe, quod prophetiæ, & quæ prædicta fuerant per prophetas eſſent complecta atque finita in paſſione Ieſu chriſti. Nunc ſuper eſt,vt de duabus rebus in paſſione chriſti verba faciamus, de quibus diuus Petrus loquitur ſecundo capite acto rum apoſtolorum,quæ ſunt conſilium definitum,& determinatum dei,& præſtientia, quæ inter ſe differunt,quia aliquas res deus definic-

rat,& determinauerat, ſiue ſtatuerat in conſilio ſuo æterno,quæ ſunt quod Ieſus chriſtus ſe humiliaret ad crucem, & pateretur mortem, & alias res præſcierat (omnes res futuras deus præſcierat,& ei ſunt præſentes) quæ ſunt iniuriæ,blaſphemiæ,ſiue execrationes,calũnię,quę erant futuræ contra chriſtum ſuum filiũ, quas res deus non ordinauerat,neque fieri decreuerat,aut definierat, ſiue determinauerat in ſuo conſilio,& ęterno decreto,ſed tantum præſcierat,atque præuiderat. Itaque oportet ſapienter diſtinguere inter decretum,ſiue conſilium definitum,& determinatum,& præſcientiam,ſiue præuiſionem, id quod poteſt conſiderari clare,& perſpicue in eo,quod acciderat ipſi Ioſeph filio Iacob, vt notum eſt ex libro Geneſeos Is dixit fratribus ſuis poſt mortem patris iam plane perturbatis & plurimum timentibus,ne olim illatam ſibi iniuriam in memoriá reuocaret,nolite timere, quia ita ordinatum, & decretum fuit a Deo, & conſilium definitũ dei fuit,quod ego venerim in Egyptum,vbi determinauerat, atque definierat deus exaltare me,& in dignitate conſtituere. Quanuis determinatio dei non erat,quod fratres eius vterentur tali crudelitate contra ipſum,tamen nihilominus deus præſcierat hoc futurũ. At Caluinus & qui ſententiam eius ſequuntur volũt deum determinaſſe,& deliberaſſe, atque definiuiſſe,& apud ſe ab æterno ſtatuiſſe caſum,& ruinam ipſius Adam,& ita etiam omnes res a-

Impius Caluinus cum ſuis diſcipulis,quia neſciuit præſciẽtiam ſiue præuiſionem recte diſtinguere a dei cõſilio definito & determinato in multa incidit abſurda.

lias, quæ in mundo fiunt a Deo determinatas, & definitas fuiſſe ab æterno, quod ita fierent, quod eſt falſum, & iam pridem ab eccleſia catholica condemnatum, quia quamcumque excuſationem, & prætextum, ſiue ſpeciem fictæ ſimulationis Caluinus, & eius ſocij excogitēt, non poterunt negare, quin dicant deum eſſe cauſam, & authorem peccati, ſed hac de re dei gratia in alio libro copioſius diſputabitur. Deinde inepte, & abſurde, atque falſo Caluinus multa dicit contra honorem, & gloriam Ieſu Chriſti, attribuens ei id, quod nunquam fuit in eo neque potuit eſſe, quæ dicitur, græcæ συντήρησις latine autem attētio ſiue conſeruatio quæ ſemper aduerſatur vitiis, ſiue quæ eſt habitus animæ primis principiis aſſentiens, & iis quæ ex illis ſequuntur, & ipſorum oppoſitis repugnans, in illi contingit fieri dum ipſa monſtrat aliquod malum ipſi couſq; hominem ad bene agendum veluti vt bonum agat & malū fugiat, ſed certum eſt chriſtum tali habitu non eguiſſe, qui neque male egit, neque male agere potuit, cum eſſet non modo homo, ſed etiam deus omnipotens æqualis deo patri: primum eſt clatum cum chriſtus eſſet certus de integritate, & innocentia ſuæ vitæ, & propterea ipſe dixit Iudeis, vt ſcribitur apud diuum Iohannē octauo capite: quis ex vobis arguet me de peccato? & apud eundem decimo quarto capite venit enim princeps mundi huius, & in me nō habet quicquem. Secundum eſt tam certum, vt

συντήρησις falſo a Caluino atribuitur chriſto, cum ſit iſtigatio ad bonum, & murmuratio de malo, vt inquit diuus thomas.

non egeat probatione. Nunc tandem loquendum eſt de deſcenſu Ieſu chriſti ad inferos qui inter cæteros articulos non eſt parui momenti,& ponderis,vt ex ſequentibus intelligetur.

Caput vigeſimum ſextum.

DE deſcenſu animæ chriſti ad inferos Dauid viticinat⁹ fuerat pſalmo decimo quinto quoniam non derelinquis animam meam in inferno,nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem. Quæ verba Diuus Petrus ſecundo capite actorum Apoſtolorum exponit de Ieſu chriſto,cuius anima ad inferos deſcendit,nec a principibus tenebrarũ ibi retineri potuit , ſed abſoluta,& perfecta ſua diuinitate,ſua carne& corpore recepto , coram cuſtodibus ſepulchri cacodęmone inuito,morte ſuperata,honorifice,& glorioſe reſurexit. Sic etiam Diuus Petr⁹ primæ canonicę epiſtolę capite tertio ſcripſit chriſtum prędicaſſe ſpiritibus, qui increduli fuerant aliquando,& quarto capite eiuſdem epiſtolæ de chriſto ita ſcribit,qui paratus eſt iudicare viuos, & mortuos. Propter hoc enim, & mortuis etiam euangelizatum eſt,vt iudicẽtur quidem ſecundum homines in carne , viuant,autem ſecũdum deum in ſpiritu. Fateor, inquit hic interpres,hunc locum valde obſcurum eſſe,ſed pręſtare hominem fateri omnino hunc textum intellectu difficilem eſſe , quam gloriam Ieſu Chriſti ſupprimere & occultare,

atque falſo & inepte ſacram ſcripturam interpretari:tum demum fingere nihil ſe latere, tãquam is ſit doctor abſolutus,& omni ex parte perfectus,id quod de Celuino Beza ſua aſtutia, & calliditate non tam inepte,quam impudenter nobis perſuadere laborat. Alios locos pene infinitos ſacræ ſcripturæ a Caluino male tranſlatos,& peſſime expoſitos inuenio, quos ſilẽtio prætereundos putaui, quod eos a plurimis doctiſſimus viris iam pridem explicatos,atque correctos, & magnum volumen de omnibus eius erroribus doctiſſimorum virorum ſtudio & diligentia collectum breui in lucem proditurum intellexerim. Præterea ne videar prolixior quam par ſit, & lectoribus nonnihil moleſtus finem dicendi faciam, magnopere tamẽ opto,& vehementer rogo omnes bonos viros vt miſerrimam,teterrimam, & peſſimam vitã ſceleratiſſimi nebulonis Caluini in memoriã reuocent, horrendos, atque peſtiferos mores eius agnoſcant,immenſos,infinitoſque cruciatus,atque tormenta pene innumerabilia, quæ ipſe ante mortem ſuam perpeſſus eſt, intelligant,immoderatas, afflictiones eius examinẽt, tum demum aſtutias, & calliditates a cacodæmone profectas ponderent, & quomodo magnitudine infinitorum dolorum exclamans eiulauit,&inſaniuit,diem,atque horam qua natus fuit,execrans,atque deteſtans, & de ſua ſalute omnino deſperans, deo optimo maximo, & omnibus eius ſanctis maledicens,atque im-

precans miſerrime,& infœliciſſime, imo maxime impie omnium hominum, quos vnquã terra tulit,ſupremum clauſit diem Iſtud cum omnes probos viros,tum pios principes,& ſãctos reges non parum mouere debet, vt malent propter honorem dei optimi maximi millies mori,ſi id fieri poſſit, quam pati eiuſmodi impios miniſtros Caluiniſtas hæreticos in ſuis regnis viuere,& eorum hæreſi,aſtutia, calliditate,veluti peſtifero ſirenarum cantu,ſimplicis populi, atque malarum artium imperiti animos infici atq; corrumpi.Cum pluribus mẽſibus ita miſerrime, & crudeliſſime ante diem mortis hoc ingens monſtrum miris modis magnitudine dolorum conficeretur,atque cruciaretur,ſuarum ædium omnes portas, atque ianuas perpetuo claudi iubebat, nec quemquẽ ingredi,nec ad colloquia,præter ſuos domeſticos admitti volebat, ne ignorantes nimis eius impiæ doctrinæ addicti,eum longe alium, quã eis perſuaſum fuerat, experti fuiſſent, & eius quintum euangelium,tanquam impium, & a cacodœmone profectum continuo execrati, atque deteſtati fuiſſent.Nunc receptui cano,ſimulque omnes homines,quibus honor dei eſt carus,& animæ ſuæ optata æterna ſalus,etiam, atque etiam oro, atque obſecro, vt eccleſiam catholicam,apoſtolicam,atque romanam, extra quam nulla eſt ſalus,ſumma ope protegant atque defendant. Quanuis illa romana eccleſia mater eſt omnium eccleſiarum,neque tamẽ conti-

continuo dicimus apoſtolorum ſynceritate,& vitæ pietate omnes homines præditos eſſe, quod in apoſtolorum ſedibus ſint collocati, neque aliquem epiſcopum ita inſtinctu diuino, afflatuque ſpiritus ſancti perfuſum eſſe, vt errare aliquando non poſſit, & quod Diuus Auguſtinus de ſe ipſo dicit, errare, inquit, potero, hæreticus non ero. Pertinacia enim, & obſtinatio animi nō autē error facit hæreticum. De ſummo ſacerdote, cui obediendum eſt, audiam⁹ plura ita: ſcribitur deuteronomi: decimo ſeptimo capite. Qui autē ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat domino deo tuo ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Iſrael. Ad Samuelem primi regum capite octauo ita loquitur Deus Samueli, qui erat iudex populi: non enim te abiecerunt, ſed me. Chriſtus etiā diui lucæ capite decimo. Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit. Diui Matthei octauo capite ita loquitur chriſtus: Vade, oſtende te ſacerdoti: Diui Iohannis decimo octauo capite dixit chriſtus: cum alapam paſſus eſſet a ſeruo ſacerdotis, qui ei dixit, ſic ne reſpondes pontifici? non detraxit honori pontificis, vt inquit Diuus Cyprianus, ſed ſuam innocentiam leuiter, modeſte, & amice oſtendit. Si male locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo: ſi autem bene quid me cædis? ſcribitur etiam vigeſimo tertio capite actorum apoſtolorum cum Diuus Paulus reprehenſus eſſet,

ꝙ male reſpōderet epiſcopo chriſto etiā crucifixo,cū iā epiſcopi ſacrilegi,īpij,& cruenti cœpiſſēt eſſe,nec quicquā de ſacerdotū honore, & authoritate præter nomen inane, & quandam tenuē vmbrā retinerēt: ita eū reſpōdiſſe cōſtat: Neſciebam quia princeps eſt ſacerdotum. Scriptum eſt enim principi populi tui non maledices. Scribitur etiā Malachiæ ſecundo capite: Labia enim ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam,& legem requirant ab ore eius. In omnibus iſtis locis,vel de epiſcopis,vel ſacerdotibus vel pōtificibus mentionem fieri video,de iſtis impiis miniſtris cacodæmonis nihil plane audio. Noli deſpicere animam pro qua chriſtus mortuus eſt. Quanto in honore ſummum pontificem habuit Diuus Hieronymus in dialogo orthodoxi & luciferiani ita oſtendit? Conatus eſt Beatus Cyprianus contritos lacus fugere, nec bibere de aqua aliena,& id circo hæreticorum baptiſma reprobans,ad Stephanum tunc Romanæ vrbis epiſcopum,qui a beato Petro vigeſimus ſextus fuit,ſuper hac re Africanam ſynodum direxit. Non hoc prætereundum eſt etiā ſilentio,quod puto eſſe magni momenti contra iſtos impios hæreticos: Diuus Ambroſius in oratione funebri,quam habuit de morte fratris ſui qui cū moriturus eſſe,ita ſcribit de ſuo fratre: Aduocauit ad ſe epiſcopum, nec vllam verā putauit,niſi veræ fidei gratiam, percunctatuſq; ex eo eſt,vtrum nam cū epiſcopus catholicis,hoc eſt cū romana eccleſia conuenire.

Si diuus Hieronymus, diuus Auguſtinus, diu' Cypianus, diuus Ambroſius, diuus Gregorius, & cęteri etiam omnes doctores catholici, tam Græci, quam latini illos qui ſuo tempore a ſede romana, ſiue a fide, quam illa tenebat ſe ſepararant pro hæreticis habebant, cur non licebit nunc nobis eos qui ab hac eadem fide deficiunt in hęreticis numerare. Quam nos ſemper tenuimus, & adhuc profitemur, quæ in toto orbe terrarum lucet & ſplendet, & quam Scoti mille & fere quadringentis annis tenuerunt, & quam noſtra illuſtriſſima & prudētiſſima princeps, quanuis infinita mala, partim a Scotis, partim ab Anglis, vt eam ab negaret per peſſa fuerit, tamen nihilominus publice, quod illi æternæ laudi eſt tribuendum, ſemper eſt profeſſa, idem de pientiſſimo noſtro principe ei' cariſſimo filio, qui in omni re laude digna, & potiſſimum in fide catholica, Apoſtolica, at que romana, cuius acerrimus defenſor, & protector eſt, ſuos maiores, aut æquare, aut potius ſuperare contendit, eſt ſperandum, cui, vt deus optimus maxim' mirā corporis pulchritudinē dedit, vt gratior ſit veniēs pulchro ex corpore virtus, ita pro ſua bonitate det illi gratiā, vt in fide catholica apoſtolica, atq; romana viuat & quā omnes Scotorū reges & eius vtique parātes ſemper ſunt amplexi.

Omnes doctores catholici græci & latini nunquam aliam agnouerunt fidē quam eam, quam eccleſia catholica apoſtolica atque romana ſemper eſt profeſſa.

De vita & moribus Knox.

DE vita & moribus cuiſdam Scoti nomine Knox peſſimi hæretici ſicuti ego accepi,

pauca dicam. Is natus prope hadiutonam, quæ eſt vrbs in Laudonia ſtatim ab initio ſuæ pueritiæ omni genere turpiſſimi facinoris infectus fuit. vix exceſſerat iam ex ephebis, cũ patris ſui vxorem violarat, ſuam nouercam vitiarat, & cũ ea, cui reuerentia potiſſimum adhibuẽda fuerat, nefarium ſtruprum fecerat. At tã indigno facinore cognito, atque omnibus patefacto, ab epiſcopo, ne rem diuinam pro certo tempore faceret, eſt prohibitus, & ita tanto me merore cõfectus, & tanta ira percitus fuit, vt quicquid ad ſacerdotis munus, vel officium ſpectaret, tã-quã alter Iudas ſtatim reiiceret atque contẽneret, neq; amplius ſe pro ſacerdote haberet. Deinde nõ modo cũ profanis, ſed etiã cũ quibuſcũque ſceleratiſſimis, perditiſſimis & potiſſimũ omnium hæreticis eſt verſatus, & quo quiſque erat immanior, ſceleratior, crudelior, eo ei carior & gratior fuit. Interi quã plurimis libris hęreticorũ maxime Anglorum vndique comparatis cœpit biblia legere, & omnes paulatim & clanculũ, cum quibus vna aderat, ſua hæreſi inficere. Nullum facinus indignum, magnum & memorabile fere ante triginta annos in Scotia admiſſum eſt, cuius nõ tã author quam impulſor & inſtigator fuit iſte ſycophãta. Nefarius veterator, & omniũ ſcelerũ atque malarũ artiũ inuentor cũ videret cardinalẽ, qui erat fidei catholicæ propugnator accerrim⁹ ſibi in multis, quæ molitus fuerat impedimento eſſe, cœpit mille modis & arte nefanda illi aduerſa-

ri,clanculũ ĩſidiari,& de medio quomodo tollẽdus eſſet,excogitare,& tandem quibuſdã impiis & nefariis hominibus, quorũ nõnulli etiã cardinali famulati fuerãt,vt tantũ facinus tentarent,cõſuluit,quos mox optimo viro immiſericorditer ac crudeliter interfecto mirum in modum, quaſi re bene geſta laudauit. Cæterum non ita multo poſt expugnato caſtello, in quod confugerant ſceleratus nebulo Knox & cæteri nefarij homicidæ,qui fuerãt fere triginta,a Gallis ſunt omnes capti, & ad Hẽricũ regẽ Gallorũ miſſi quibus et ſi rex pepercerat, tamen eiuſmodi impiis,vt euentus poſtea ſatis aperte docuit deus optimus maximus parcendum eſſe nolebat. Nemo enim eorum omniũ fuit,qui non breui poſtremũ miſerrimo,clauſit fine diẽ,vno tamẽ excepto, quẽ audiui ante paucos annos in Scotia tã miſere viuere, vt ſi periret manib⁹ hominũ,periiſſe inuaret.Sed ad miſerrimũ Knox redeo. Is continuo vinculis ſolutus in Angliã eſt profectus,vbi ſuis aſſiduis maledictionibus& imprecationibus populum ſatis leuẽ & inconſtantẽ ac facile mutabilẽ cõtra mariã reginã optimã,& principẽ ſãctiſſimã illius ſeculi dulce decus,& fidei catholicæ pręſidiũ& propugnaculũ tutiſſimũ armauit. At ſycophãta tato inopinato perculſus caſu eſt, vt vix data fuit ei poteſtas fugiẽdi,quẽ vna tantũ ſatis opulẽta mulier vſque ad vrbẽ geneuẽſem eſt comitata. Ne vnũ quidẽ diẽ ſceleratiſſimũ hæreticus ſine vna, & itẽ altera meretrice tra-

ducere potuit ineptiſſimus & indoctiſſimus ſycophāta mox relicta Geneua, vbi ſatis diu cum ſua meretrice ſcortatus fuerat, in Angliā redit, optima regina Maria nunc defuncta, cuius matrē impie & cōtra ius diuinum atque humanū rex Henricus repudiarat, Anna bolenia ſibi iūcta, ex qua procreauit elizabethā vxore ſua adhuc viuente, qua ex re tātū dolorē concepit illuſtriſſima princeps digna meliori marito, vt mox poſtea interiret. Non tamē Knox in Anglia, & ſi impune hæreſis impij lutheri latiſſime ſerperet, & quotidie altiores radices ageret, moratus eſt, ſed cōtinuo cū tribus meretricib⁹, quæ videbātur poſſe ſufficere vni ſacerdoti, in Scotiā conuolat, & non modo ſe ſummū theologum, verum etiam vatē diuinū præſciumque venturi profitetur, perſuaſitque multis, quod vtinā id ocyſſime fiat, & quod ego dei gratia breui fore ſpero, ſuā ruinoſam, caducā & malè materiatā ſynagogā nō diu ſuperſtitē fore. Rumor erat impiū hæreticū nocturnos cōuēt⁹ & clandeſtina colloquia cū cacodæmone, cui ſe totū dederat, ſæpenumero habuiſſe, ita quod eius meretrix forte eū interrogaret, quis eſſet ille niger homo, cū quo nocte ſuperiori locut⁹ fuerat, ꝙ verbū tā iniquo animo tulit, quod illa proximo die eſſet extincta, ſed quomodo id acciderat nemo intellexit. Tamē nihilominus vix extatū fuit fumus cū ille taurus quartæ aut quintæ meretricis nouo inflammatur amore. At impudētiſſimus maximeꝗ́ laſciuus caper,

eum iam gelidus totus heberet ſanguis ſatis etiã tardante ſenecta, nec nõ frigerẽt languidæ & effœtę in corpore vires, cœpit principum & nobiliũ virorũ filias quærere, cũ quibus publice ſcortari poſſet. Pręſtigiator & incantator ita tandẽ quandã puellã faſcinauit, & vena ſpe luſit amantẽ, quod illa, quæ erat claris natalibus orta, & quæ vix decimũ quintũ attigerat annũ elegerat potius cũ impio hæretico ſacerdote, eoque decrepito, obſcuriſſimo genere nato publice ſcortari, quã nubere pari honeſtoque marito. Sed de impura, impudica & obſcœna eius vita ſatis eſt, cætera paucis attingã. Is impius apoſtata, quia intellexit noſtram reginã fidem catholicã, quã ille abnegauerat, profiteri, rẽ diuinã ſiue miſſam quotidie audire, contra eam cœpit ſtomachari atque debacchari, rem diuinã deteſtari, purgatoriũ negare, omnes pios & religioſos viros odio proſequi. Deinde omnia monaſteria inutilia eſſe contẽdit, quod mirũ in modũ placuit quibuſdã nobilibus ſcotis, qui nihil magis aut prius optabant, quã cẽſibus, redditibus, atq; monaſteriorũ ſpoliis diteſcere. Cęterũ hic laſciuus caper, quẽ aſſidue ſequebatur laſciua capella, partim perpetuis crapulis, partim vino, luſtriſque ita confectus fuit, vt quotieſcunq; conſcenderet ſuggeſtũ ad maledicẽdũ, velim precandũ ſuis, opus erat illi duobus aut tribus viris, a quibus eleuandus atq; ſuſtẽtandus erat. Forſitã nũc demũ ipſius Knox poſtrema, quæ fuerint facta requiras. Is aliquot

diebus antequam moreretur cœpit tã impie & nefarie in catholicos ſtomachari & debacchari, ita vt anterior pars capitis verſa ſit in poſteriorem partẽ eiuſdẽ, & ita populo ſpectante poſtea ĩmutabilis hęſit. Ad hęc Paulo etiã ante quã moreretur iuſſit vocari ſcribã, qui monumẽtis annaliũ mãdaret, q̃ ipſe prædiceret atq; diuinaret ſed cũ ſcriba Paululũ in ſcribẽdo hęreret, ꝙ putaret ſycophantẽ poti⁹ delirare, quã diuinare, ille mox tot⁹ inflãmatus quid inquit, hæres? quin audis diuina, quæ oracula fundo vt hoc non tã certa quã certiſſima eſſe intelligat, hinc exite omnes non multo poſt reditu ri at vbi Paululũ expectaſſent ingredientes offendunt luminibus omnibus extinctis cadauer humi iacens, quod ſtatim ſumptũ, ne quiſquam id ſciret, iniiciunt in lectum. Hæc eſt horrenda & deteſtanda mors ipſius knox ſacerdotis, quẽ cacodœmon, cuius ſeruus fuerat, ſtrangulaſſe viſus eſt vt horrendũ & deteſtandum monſtrũ ſacramenta eccleſię ſemper contempſit, ita deſtitutum omni ope ſacramentorum periit pro cuius anima puto neminem catholicũ debere fundere preces, propterea quod eccleſia catholica eos, qui moriuntur in hæreſi pro condemnatis habet.

FINIS.

MARTINI

MARLORATI

LOTHARINGI, DE

ORTHODOXO, ET NEOTHERICO Caluiniano, ſeu Hugoniſtico baptiſmate, ac vtriuſque effectu, liber his temporibus accommodatiſſimus, & maximè neceſſarius.

In quo refellitur nonnullorum calumnia promulgantium Barro duci ac in confinibus, Hugoniſtarum paruulos quinque abhinc annis auctoris iuſſu à Parochis in ædibus ſacris palàm fuiſſe rebaptizatos.

AD

SERENISSIMVM PRINCIPEM, ET dominum ſuum CAROLVM Lotharingiæ, & Barri Ducem illuſtriſsimum.



PARISIIS,
Apud Sebaſtianum Niuellium, ſub Ciconiis, via Iacobæa.

M. D. LXXVIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

SERENISSIMO PRINCIPI CAROLO DIVINA GRAtia Calabriæ, Lotharingiæ, Barri, Gueldriæ Duci, Muſſipontano Marchioni, Marquioni, Brachatæ Galliæ, Vademontano, Albimontano, Zutphenſienſi Comiti, obſequentiſſimus eius Procurator Generalis Barro-ducæus, Martinus Marloratus I. V. D. gratiã à Deo & pacẽ optat perpetuã.

INDIGNE *ferebat Auguſtus (Princeps inclyte) ſacrari aliquid ſibi, niſi quod & grauiſſimum eſſet, & à grauiſſimis hominibus perſcriptum: monebátque Prætores ne ſinerent nomen ſuum commiſſionibus obſoleſieri. Quod me exemplum aliquandiu reuocauit, ne tibi (cuius amplitudo*

non multo quàm Auguſti minor eſt, virtus autem & pietas longè maiores) hæc ex opima, & frugifera meſſe ſpicilegia dedicarem. Verùm cùm neceſsitas nos ad ea detruſerit, quæ perpuſilli noſtri ingenij omnino non erant: huius negotij audaciùs fateor, quàm par erat à me ſuſcepti, ſtadium ea demum ratione tuto me percurrere poſſe arbitratus ſum, ſi omnia ad te vnum referrem: ídque vt facerem, duo me impulerunt maximè. Primùm quòd magnum mihi præſidium conſtitutum putaui in clariſsimo tui nominis ac virtutum ſplendore. Etenim cùm ſis Princeps omnibus virtutum numeris abſolutus, exemplum fidelium in integritate, in charitate, in verbo, in òpere, ſic vt te vno habeatur nihil religioſius, humanius & melius, planè mihi perſuaſi fore, vt tua grauitate terrerentur maleuoli, mihíque futura eſſet tua humanitas pro clypeo & muro contra

liuoris impetus. Alterum & præcipuũ, quòd cùm ab hinc aliquot annis tua edicta ſuper religione multo antè promulgata omnino in his partibus vileſcere, & pro nihilo haberi certò intellexiſſes, nec tantam hæreticorũ inſolentiam amplius ferre poſſes, mihi imperaſti, ac præſcripſiſti, vt illis quid eos in re tam ſeria, támque ad æternam eorum ſalutem pertinente, facere velles, paucis indicarem. Quod negotium tametſi difficile, ac propemodum deſperatum, quippe illis ipſis inuiſum quorum de ſalute agebatur: ſic tamen fortunauit Deus, vt huiuſmodi homines alioquin peruicaces, & contra ſtimulum ſæpe aliàs calcitrare ſoliti, tua iuſſa tandem exaudierint, ſéque quod tuo nomine iuſſimus conſtanter facturos eſſe reſponderint, ſumma ſanè omnium bonorum & admiratione, & congratulatione. Verùm antiqui hoſtis malitia, credo, factum eſt, vt

quæ res tot miſeris hominibus ſalutem attuliſſe videbatur, ea mihi vni ſummam inuidiam apud maleuolos conflauerit. Nam quia in illa legatione plerique cùm huius tuæ vrbis, tum oppidorum confinium, qui tuæ ſubiiciuntur tutelæ, à Parochis ſuos paruulos baptizari ſub hac conditione (ſi tu non es) me præſente officioſiſſimè procurarunt: aduerſarij in me velut Anabaptiſtæ impietatis patronum fœda & capitalia euomuerunt conuitia, meúmque nomen apud exteros etiam atroci crimine infamare conati ſunt. Quod vbi primùm ad me perlatum eſt, indignam contumeliam tacitus ferre, iuſtiſsimúmque dolorem diſſimulare non potui: & quamuis in hoc ſcribendi genere parum exercitatus, in hanc tamen arenam deſcendere ſum coactus, vt meam contra huiuſmodi calumnias innocentiam, fidémque defenderem: ídque ſub tui celeberrimi nominis

titulo, nec non clariſſimi viri Petri à Caſtalleto Tullenſis Epiſcopi, & Comitis exconſulis tui integerrimi patrocinio, qui cùm quid hac in re à ſuis Diocæſanis fieri cuperet, iam ſcripto priùs planum feciſſet: ad hoc præcipuè animum appuli, ac totos conatus huc inflexi, ne aliquid præter eiuſdem Antiſtitis reſcriptum in huiuſmodi rerum tam repentina, tam inſperata, tam læta denique mutatione fieret. quod ex noſtris ſcriptis vel cæcis ipſis licebit conſpicari. Itaque (clementiſſime Princeps) patere obteſtor nominis tui titulum huic noſtro labori velut facem quandam prælucere. Quod vt facias, necnon æquo animo accipias hæc quæ demiſſiſſimè tibi nũcupauimus, tuam humanitatem etiam atque etiam oramus & obſecramus. Scio id perexiguum eſſe munuſculum, & vt Græci adagiј dici ſolet, καπνοῦ σκιὰν, καὶ μικρὸν τοῦ ὀβολοῦ τίμιον. *Sed magni Prin-*

cipis eſt vilia non deſpicere. Dabat Alexander maxima paruis, ego verò parua maximo, nec tamen animo maiore, & ſanctiori teſtimonio meũ erga tuam amplitudinem (cui omnia debeo) obſequium percelebrare poſſum. At cùm munera ſint ſimilia margaritarum, vt tanti valeant quanti æſtimantur, in tua ſitum eſt volũtate, vt quæ viliſsima ſunt maxima fiant, ſi maximi pendere voles. Bene vale Princeps humaniſsime, & me egregiæ tuæ virtutis, & non vulgaris prudentiæ admiratorẽ tua gratia dignum exiſtima. Barro-duci, ex bibliotheca noſtra, pridie Calend. Ianuarij, anno domini milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo.

AD LIBRVM

apoſtrophe.

CVr metuis prodire liber, variáſque per oras,
Inclita doctorum tecta ſubire virũ?
Gratus eris (mihi crede) bonis monimenta ſalutis
Catholicis veræ tam precioſa ferens.
Nam ſcelus infectum & veteris contagia culpæ,
Quo monitis Chriſti fonte lauanda doces.
Quis maculas animi ſine te candore reducto
Eluet, aut cœli numina mente petet?
Tu vitio mentes hominum ſecludis ab omni,
Doctrinæ præbens pocula plena ſacræ.
Fundamenta locas fidei tutiſſima noſtræ,
In quibus extruitur ſydera ad alta domus.
Si quis erit ſophiæ verus cœleſtis amator,
Obſequiis illi commodus hoſpes eris.
Oſtendes illi quo vitam degere pacto
Conueniat, ſuperas quæ mereatur opes.

Perſpicuè nitidi trades myſteria Olympi:
Quicquid & arcani Biblia tota tegunt.
Quin etiam cultúsque pios, ritúsque verandos
Profer, & aſtrifero munera miſſa polo.
Te leget auditu quiſquis digniſsima noſſe,
Et tandem ſuperis optat adeſſe choris.
Qui fœcunda ſtudent diuini fundere verbi
Semina, te vigiles nocte, diéque legent.
Inuenient alimenta animis gratiſsima iuſtis:
Inuenient blando multa fouenda ſinu.
Vnde tibi grates ſummiſſo poplite ſoluent,
Et domino cupient proſpera cuncta tuo.
Eſt dignus, celebríſque auctor ſuper aſtra ferẽdꝰ,
Qui tantis potuit te decorare bonis.
En age, rumpe moras, & aperta fronte per vrbes
Præſidio Chriſti tutus adito viam.
Linguarum ſtrepitus, ſtimulósque vereris acutos
Forſitan, & vulgi murmura cæca times.
Conſcia mens recti liuorem ſpernit, & audet
Effari medio libera verbã foro.

AD D. MARTINVM MARLORATVM, GENERAlem Procuratorem in præclara Baro-ducæa Prouincia, N. Lietart carmen.

LAurea ſacra caput circundat, téque virorum
Doctorum in numero caſta Minerua locat.
Vel potius cœlo te dignum Vrania ducit,
Pieridúmque chori te vocat eſſe ducem:
Qui ſacros fontes, hominum genus vnde nouorũ,
Defendis, ſic vt perfida turba tremat.
Perfida Caluini, Bezæ, reliquæq́ue phalanges,
Quæ fontem turbant, inficiúntque ſacrum.
Sed tu perpurgas, allatis vndique claris
Teſtibus: & nitido gurgite manat aqua.
Corpora quæ tangens, animas errore repurgat,
Et vitium tollit, ſancta medela latens.
Hîc pueri tuto merguntur, ſícque reſurgunt
Bis geniti fratres, cœlica turba Deûm.

Hunc igitur Muſæ, hunc vos ornate coronis,
Caſtalidum fontes qui fouet ipſe ſacros.
Hunc docti indoctíque legant, relegántque libenter,
Inueniéntque ſuis commoda multa malis.

Ego ſubſignatus F.Ludouicus Hebert, ordinis diui Frãciſci Doctor Theolog⁹ Pariſiẽſ. fidẽ facio & teſtor,me accuratè perlegiſſe hunc tractatum ſiue librum Martini Marlorati Lotharingi, de Orthodoxo & neotherico, ſeu Hugoniſtico baptiſmate &c.nihilq́ue religioni ac fidei Chriſtianæ,doctrinæ Catholicæ, & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ aduerſum, aut repugnans in eo reperiſſe, teſte meo ſigno hîc appoſito die 20.menſis Ianuarij, anno Domini 1578.

F. L. Hebert.

Et ego cum præſcripto Magiſtro noſtro Hebert ſubſignatus F. Dauid Berot, de præfato tractatu idem profiteor hac die penultima Ianuarij,anno Domini 1578.

F. D. Berot.

Et ego quoque Fr. Martinus Bourlier ordinis Præmonſtratenſis, in ſacra Theologia Licẽtiatus, cum Magiſtris noſtris prænominatis, de prædicto tractatu idem profiteor hac die vigeſimaquinta Ianuarij, anno Domini 1578.

F. M. Bourlier.

PRIVILEGII SVMMA.

Henricus III. Galliæ & Poloniæ Rex, ſuo diplomate ſanxit, ne quis *Martini Marlorati Lotharingi, de orthodoxo & neoterico Caluiniano, ſeu Hugoniſtico baptiſmate, ac vtriuſque effectu, librũ his temporibus accommodatiſſimũ, & maximè neceſſarium*, ante decennium à die primæ æditionis numerãdum, præter Sebaſtianum Niuellium Bibliopolam, ad eius caſtigationis exemplum imprimat, néve alibi impreſſa diuendat in Galliis: ſecus qui faxit, mulcta fiſco applicanda, aliiſque pœnis indictis damnabitur, vt latiùs patet in literis priuilegij, indultis Lutetiæ 5. Nouembris, 1578.

Impreſſus autem eſt hic liber 22. die menſis Martij.